MENANDRI ET PHILEMONIS RELIQUIAE, QUOTQUOT REPERIRI...

Menander, Philemon, Jean Le Clerc, Hugo Grotius

Digitized by Google

8. 6. 21

Digitized by Google

MENANDRI
E T
PHILEMONIS
RELIQUIÆ,

Quotquot reperiri potuerunt;

GRÆCE ET LATINE,

CUM NOTIS

HUGONIS GROTII

E T

JOANNIS CLERICI,

Qui etiam novam omnium versionem adornavit, Indicesque adjecit.

AMSTELODAMI,
Apud THOMAM LOMBRAIL.

cIↃ IↃ cc ix.

S. B. F. 21

Digitized by Google

Digitized by Google

NOBILISSIMO

ET

HONORATISSIMO VIRO,

ANTONIO ASLEIO COOPERO,

COMITI SAFTESBURIO,

S. P. D.

JOANNES CLERICUS.

SINE singulari lætitia, VIR HONORATISSIME, numquam memini ejus diei, quo, ante paucos annos, cùm in Hollandia versfareris, in ædibus meis, de veteribus Græcis, Græcorúmque librorum lectione colloqueremur. Lætus audiebam te haud paullò aliter de iis disserentem, quàm vulgò solent Tuæ Dignitatis viri; quorum nimis multi non tantùm eos qui Græcè sciunt, librósque Græcos lectitant, quasi pædagogicâ quadam stultitiâ laborantes, sed & ipsos Auctores aspernantur. Tu contrà cultiores Græcos fuisse contendebas & humaniores, quàm nunc sumus; quamvis morum & ingenii culturâ superbire summopere soleamus.

Digitized by Google

DEDICATIO.

Nunc Europæi omnes melioris educationis, culturæque ingenii indicium esse putant, si se invicem honorificis verbis, pro sorte quemque sua, adpellent; rusticitatisque continuò damnatur, quisquis ejusmodi verborum ambagibus satis dextrè uti nescit. Hinc nata consuetudo unius hominis, dignitate nequaquam superioris, plurali numero compellandi, nec singulari umquam utendi; nisi fortè adversùs amicissimos, aut multò inferiores. Hinc mira illa loquendi genera, *Dominatio*, *Excellentia*, *Celsitudo*, *Serenitas*, *Majestas*, & olim etiam, labente Imperio, *Divinitas Vestra*, aliáque id genus, quæ in dies nova inveniuntur & quæ utramque paginam faciunt, à multis jam sæculis, in Scriptis, quibus singulos homines alloquimur; cùm solerent olim Græci monosyllabà voculà Σὺ & Romani suâ, inde natâ, *Tu*, addito nomine proprio, omnes adpellare, etiam Reges, ac Cæsares; quos solo nomine dignitatis, βασιλέας, vel αὐτοκράτορας salutabant. Hæc aliáque si bene pensitentur, ut optimè, VIR NOBILISSIME, judicabas, non libertatis tantùm, sed & humanitatis imminutæ clara sunt indicia. Nos tamen, quasi ea in re Veteribus cultiores, hanc *Civilitatem* vocamus; nomine quo aliud prorsus significabatur, apud Romanos, cùm *civilis animus* is esset qui supra civis sortem non sapiebat, & *civilitas* virtus ejus, qui cum civibus instar civis versabatur, licèt dignitate & opibus eos anteiret.

Sed

Digitized by Google

Sed difficiles in ejuſmodi verbis, quæ uſus jam dudum emollivit, & neceſſaria fecit, nos eſſe non oportet. Utinam modò libertas, hoc eſt, legitimis & æquis legibus ſolis parendi neceſſitas, ubique vigeret! Utinam loquendi ſcribendique, ſi ita videretur, ea ubique omnibus fieret poteſtas, quà, quæcumque nec rectæ Rationi, nec cœleſti Revelationi contraria eſſent, & dicere & in publicum edere liceret! Utinam diſceptare de rebus dubiis ac obſcuris non haberetur paſſim ſcelus divinis, ut vulgus putat, humaniſque legibus damnatum, & exquiſitis ſuppliciis expiandum! Verùm ne apud Græcos quidem olim & Romanos ea fuit, hiſce in rebus, libertas, quæ eſſe debuit; quamquam multò major erat, quàm uſquam hodie, ut ex contrariis Philoſophorum ſectis, quarum nulla tamen erat vetita, intelligere poſſumus.

Nec, ut de Poëtis loquar, apud *Ariſtophanem* tantùm, cujus unius Comici Græci fabulæ integræ ſuperſunt, ſcriptæ eo tempore quo ſumma erat Comicorum licentia; ſed etiam in recentioris Comœdiæ, quæ modeſtior multò fuit, Poëtarum reliquiis, ea ſunt libertatis ſpecimina, quæ ſine admiratione nunc legere non poſſumus. *Juſtinus*, *Clemens* Alexandrinus, *Euſebius* Cæſarienſis, alii, ex primæva antiquitate, Patres multas ex iis ſententias inſignes protulere; quibus non modò ridentur Græcorum mores, caſtigantúrque vitia, ſed etiam Ethnica Religio prorſus evertitur,

Digitized by Google

titur, melioráque de Deo, quàm quæ vulgò solebant, dicuntur; ut Christianos propemodum loqui crederes, si, dissimulato nomine, verba proferrentur, Colligere hinc licet Græcorum ingenia hujusmodi fuisse, ut contraria, etiam in rebus gravibus, iis quæ sentiebant, dicentem sine ira audire possent; quod quàm rarum sit hodie videmus, cùm plerique aliter sentientes ne audire quidem sustineant, & inexpiabili odio prosequantur.

Verùm hæc non sunt hujus loci, quo nihil mihi dicendum supereſt, nisi me Tibi, VIR ILLUSTRISSIME, grati animi causâ, & ut observantiam erga Te meam testatam facerem, fragmenta hæc eximiorum Comicorum, *Menandri* & *Philemonis*, offerre voluisse; quæ Tu eâ comitate & humanitate, quibus omnes Tibi devincire soles, excipias etiam atque etiam oro. Vale.

Dabam Amstelodami, Nonis Septembribus Anni MDCCIX.

CAN-

Digitized by Google

CANDIDO LECTORI

S. P. D.

JOANNES CLERICUS.

NOn *longâ hic*, LECTOR CANDIDE, *Præfatione te morabor. Libellum hunc edidi non ut mea, sed ut aliena legerentur; ad quæ te quàm primùm dimittere non minùs cupio, quàm tu.* Menandri & Philemonis *reliquias colligere in unum volumen & edere dudum statueram, eásque illustrare decreveram, veluti totius Antiquitatis consensu, collectis undequaque paribus sententiis. Postea consilium hoc meum mutavi, & pro commentario notulas tantùm emisi; quòd non viderem quî ex gravioribus occupationibus tantùm otii decerpere umquam possem, quantum eam in rem postulabatur. Dicam ergo paucis quid nunc præstiterim. Primùm fragmenta omnia quæ collegit* Hugo Grotius, *in Excerptis Tragicorum & Comicorum, & quæ apud* Joan. Stobæum *erant, huc transtuli, & singula in Comœdias, ad quas referebantur, digessi, alia, quæ unde depromta essent non constabat, ad finem rejeci, quemadmodum videbis. Facilè autem invenientur Fabulæ, quia secundùm ordinem litterarum alphabethi dispositæ sunt. Conatus præterea sum ea fragmenta augere, iis quæ ex multis Scriptoribus colligi poterant; sed quæ, ut verum fatear, tanti non erant, atque ad Grammaticam potiùs, quàm ad Ethicam, pertinebant. Etiam voculas collegi, eásque, quà licuit, ad Fabulam quamque suam retuli, cùm ex qua petita esset notum erat, aut seorsim in Indice Græco exhibui. Inter eas eminent voces & loca à* Photio, *in MS. Lexico, quod* Oxonii

 exstat,

Digitized by Google

exſtat, prolata. Eas debeo comitati V. C. Chriſt. Friderici Bœrneri, *nunc Lipſiæ Philoſ. Moralis Profeſſoris digniſſimi; qui, cùm Oxonii ageret, loca* Photii, *in quibus* Menandri, *aut* Philemonis *mentio fiebat, exſcripſit, & ad me tranſmiſit. Qua de cauſa, ei ſummas habeo gratias. Cùm autem id* Photii *exemplar ſit mutilum, quædam deerant, quæ nanciſci non potui. Addent ea qui melius exemplar nacti fuerint. Quin &, me volente & plaudente, collectionem hanc noſtram augebunt, emendabunt & ornabunt quicumque ea nanciſci poterunt, quæ non habui, aut mihi aliis occupato quærere non licuit; aut qui animadvertent quæ me fugerunt, meliorâve meis habebunt. Cùm* Grotius, *ſi Stobæana excipias, & petita ex* Comparatione Menandri & Philemonis, *fragmenta protuliſſet, non indicato loco Scriptoris, & paſſim etiam ipſo Scriptore omiſſo; non levis fuit moleſtiæ quærere ubi exſtarent. Quod tamen fecimus, eâ felicitate, ut in Grotiana fide adquieſcere de pauciſſimis, quæ nos fugerunt, neceſſe habuerimus. Quæſivimus etiam omnia loca* Menandri *à* Joan. Meurſio, *in Bibliotheca Attica laudata, nec ulla putamus prætermiſſa; cùm multa ſint addita, quæ non indicarat vir diligentiſſimus.*

Plerumque auctoritatem Grotii, *in iis quæ habet, ſequutus ſum, ad conſtituendum Græcum contextum; quòd Codd. MSS. Pariſienſibus* Stobæi *uſus eſſet, & feliciſſimè ut plurimum cùm ipſe per ſe, tum à* Claud. Salmaſio *adjutus conjeciſſet. Attamen eſt, ut videbis,* LECTOR, *ubi ab eo diſceſſimus, alienáſque aut noſtras conjecturas prætulimus; quorum omnium rationem in notis breviter reddidimus. Sed ſunt multa loca, ex* Athenæo, *aliiſque depromta, in quibus nihil conjecturæ conceſſimus; quòd nimis hiulca & depravata eſſent, quàm ut tutò emendari poſſent. Ea fermè protulimus, qualia exſtabant, licèt verſibus ſua menſura minimè conſtaret. Itaque etiamſi ea in verſus digeſta, ut cetera, vides, nec quidquam ea de re in Notis dixi; cave credas omnia à nobis pro bonis*

&

& integris versibus proponi. Satis quidem liquet fuisse versus, ut ex nonnullis integris, pedibúsque extremis videre licet; sed additiones, detractiones, inversionésque, & alienarum etiam vocum admissiones obstant quominus possint in integrum restitui.

Cùm versio Grotii *totidem versibus constaret, obscuraque ideò sæpe esset & minùs accurata; visum est, in gratiam adolescentium, aliam conficere prosâ oratione; in qua verbum verbo, quatenus licuit, responderet; quod quàm difficile sit nemo novit, nisi qui facere & ipse tentarit.*

Notas Grotianas omnes subjecimus, quæ plerumque rationes complectuntur mutationum. Eas subinde confirmavimus, aut etiam interdum confutavimus; eâ adhibitâ reverentiâ, quæ tanto viro debebatur. Nunc loquutiones, nunc res illustravimus, paucis & prout necesse fuit. Facile alioqui nobis fuisset, si tempore abundaremus, ingentem animadversionum, observationúmque molem huc congerere. Sed in minoribus fragmentis plerumque satis erat occasionem, ob quam laudata fuerant, indicare; & paullò longiora, quæ fermè Ethica sunt, tam perspicua erant ut interpretatione, aut illustratione nulla indigerent.

Subjecimus denique duos Indices, rerum unum, alterum verborum. Utinam tales Grotius *confeciſſet! Non contigisset ei interdum eadem repetere, cùm non recordaretur, in hisce Sibyllæ foliis, antea à se allata fuisse; quod & semel mihi contigit, dum collectionem ejus paullo securiùs sequor. Si hæc recudantur, facilè superflua deleri, & si quæ alieno loco sunt posita, quæ perpauca sunt, suo collocari poterunt. Indices adjumento erunt quærentibus an fragmenta, quæ inter legendos Græcos Scriptores invenient, hîc exstent. Si quis eximium quiddam præsertim Ethicum, invenerit, quod hîc omissum sit, aut emendarit feliciùs, quàm à* Grotio *factum est, velitque rem mecum communicare; gratias ei habebo & commodâ occasione*

datâ, palam agam. Vehementer enim his Comicorum noſtrorum Fragmentis delector, nec eorum lectione ſatiari poſſum; qua de cauſa, cùm multa memoriâ tenerem, typothetæ omnia παροράματα non emendavi, quæ alioquin emendaſſem. Verùm quæ ſunt alicujus momenti in Erratorum Indice notavi. Vale.

Dabam Amſtelodami, Nonis Septembribus
Anni MDCCIX.

TESTI-

Digitized by Google

TESTIMONIA VETERUM

aliquot de *Menandro* & *Philemone.*

C. Julii Cæſaris Epigr. de Terentio.

Tu quoque, tu in ſummis, ô DIMIDIATE MENANDER,
Poneris & meritò, puri ſermonis amator.
Lenibus atque utinam ſcriptis adjuncta foret vis
Comica, ut æquato virtus polleret honore
Cum Græcis, neque in hac deſpectus parte jaceres!
Unum hoc maceror & doleo tibi deeſſe, Terenti,

Quanti fecerint Romani *Menandrum* vel hinc liquet, cùm *Cæſar Terentium*, eximium Comicum, *dimidiatum* tantùm *Menandrum* vocare ſuſtinuerit.

P. Ovidius Triſtium Lib. II. El. I, 369.

Fabula jucundi nulla eſt ſine amore MENANDRI,
Et ſolet hic pueris virginibuſque legi.

Quòd, nimirum, honeſtis & pudentibus verbis de eo ageret, nec mores corrumperet legentium, ut *Petronius* poſtea, ejuſmodique obſcœni & impudici Scriptores, qui impudenter nunc recoquuntur.

M. Fabius Quintilianus Inſt. Lib. X. c. 1.

Hunc (Euripidem) *& admiratus maximè eſt (ut ſæpe teſtatur) & ſequutus, quamquam in opere diverſo,* MENANDER, *qui vel unus meo quidem judicio diligenter lectus ad cuncta quæ præcipimus efficienda ſufficiat; ita omnem vitæ imaginem expreſſit; tanta in eo inveniendi copia & eloquendi facultas; ita eſt in omnibus rebus, perſonis, adfectibus adcommodatus. Nec nihil profectò viderunt, qui orationes quæ* Chariſii *nomine eduntur, à* Menandro *ſcriptas putant, ſed mihi longè magis orator probari in opere ſuo videtur; niſi forte, aut illa mala judicia, quæ* Epitrepontas, Epicleros, Locros *habent; aut meditationes*

Digitized by Google

nes in Pſophodei & Nomotheta & Hypobolimæo *non omnibus oratoriis numeris ſunt abſolutæ. Ego tamen plus adhuc quiddam Declamatoribus collaturum puto, quoniam his neceſſe eſt, ſecundum conditionem controverſiarum, plures ſubire perſonas, patrum, filiorum, maritorum, militum, ruſticorum, divitum, pauperum, iraſcentium, deprecantium, mitium, aſperorum, in quibus omnibus mirè cuſtoditur ab hoc Poëta decorum. Atque ille quidem omnibus ejuſdem operis auctoribus abſtulit nomen & fulgore quodam ſuæ claritatis tenebras obduxit. Habent tamen alii quoque Comici, ſi cum venia legantur, quædam quæ poſſis decerpere, & præcipuè* PHILEMON; *qui, ut, pravis ſui temporis judiciis,* Menandro *ſæpe prælatus eſt: ita conſenſu omnium meruit credi ſecundus.*

Demetrius de Eloquutione §. CXCVII.

Ἐναγώνιος μὲν ὢν ἴσως μᾶλλον ἡ διαλελυμένη λέξις· ἡ δὲ αὐτὴ καὶ ὑποκριτικὴ καλεῖται· κινεῖ γὰρ ὑπόκρισιν ἡ λύσις, γραφικὴ δὲ λέξις ἡ εὐανάγνωστος· αὕτη δέ ἐστιν ἡ συνηρτημένη καὶ οἷον ἠσφαλισμένη τοῖς συνδέσμοις· διὰ τοῦτο δὲ καὶ ΜΕΝΑΝΔΡΟΝ ὑποκρίνονται λελυμένον ἐν τοῖς πλείστοις, ΦΙΛΗΜΟΝΑ δὲ ἀναγινώσκουσι.

C. Plinius Hiſt. Nat. Lib. VII. c. 29.

Magnum MENANDRO *in Comico ſocco teſtimonium regum Ægypti, & Macedoniæ contigit, claſſe & per legatos; majus ex ipſa regia fortunæ prælata litterarum conſcientia.*

Idem Lib. XXX. c. 1.

Menander *litterarum ſubtilitati, ſine æmulo, genitus.*

Plutarchus *in Comparatione Ariſtophanis & Menandri* T. II. p. 853.

Ὁ Μένανδρος μετὰ χαρίτων μάλιστα ἑαυτὸν αὐτάρκη παρέσχηκεν ἐν θεάτροις, ἐν διατριβαῖς, ἐν συμποσίοις, ἀνάγνωσμα, καὶ μάθημα, καὶ ἀγώνισμα κοινότατον ὢν ἡ Ἑλλὰς ἐνήνοχε καλὸν παρέχον τὴν ποίησιν &c. Toto illo opuſculo ſummis laudibus *Menandrum* extollebat *Plutarchus*, optimus rerum ejuſmodi judex; ut videmus ex epitome opuſculi illius, quæ ſola ſupereſt.

A.

Digitized by Google

TESTIMONIA.

A. Gellius N. A. Lib. XVII. c. 4.

MENANDER à PHILEMONE, *nequaquam pari scriptore, in certaminibus Comœdiarum, ambitu, gratiâque & factionibus sæpe numero vincebatur. Eum quum fortè habuisset obviam*, quæso, *inquit*, Philemo, bonâ veniâ, dic mihi, quum me vincis, non erubescis? — Menandrum *autem alii centum octo, partim centum novem comœdias reliquisse ferunt; sed* Apollodori *Scriptoris celebratissimi hos de* Menandro *versus legimus, in libro qui* Chronica *inscriptus est:*

Κηφισιεὺς ὢν ἐκ Διοπείθης πατρὸς
Πρὸς τοῖσιν ἑκατὸν πέντε γράψας δράματα
Ἐξέλιπε, πεντήκοντα καὶ δυοῖν ἐτῶν.

Ex his tamen centum & quinque omnibus, solis eum octo vicisse idem Apollodorus, *eodem in libro, scripsit.*

Si numerus Fabularum verè à Veteribus editus sit, magna est nostra jactura, qui ne nomina quidem Comœdiarum omnium servavimus. Qui fragmenta, quæ supersunt, legerint non poterunt non mirari fecunditatem & facilitatem *Menandri*, quem oportuit tres minimùm Comœdias quotannis componere, si à vigesimo anno ætatis cœperit ei rei operam dare. Sanè juvenem cœpisse eum testatur *Plutarchus*, in opere laudato, nec æquiparat primas Fabulas mediis aut postremis, quibus tamen meliores compositurum fuisse putat, si diutiùs vixisset. Scholiastes vetus *Horatii* ad Artem Poët. p. 633. Ed. Cruquianæ, hæc habet, ex quibus intelligere licet quâ facilitate versus funderet. *Menander*, inquit, *cùm fabulam disposuisset, etiamsi nondum versibus adornasset, dicebat se jam complesse.* Non defuerunt tamen, qui eum furti insimularent, ut docet *Eusebius* ex *Porphyrio*, cujus locum vide ad Διτιθαίμονα.

Ausonius in Protrept. num. 265.

Conditor Iliados & amabilis orsa MENANDRI
Sunt legenda tibi.

In Basi statuæ *Menandri*, apud Gruter. pag. MXXVII. 2.

Μίνανδρος Διοπείθης Κηφισιεὺς ἐγενήθη ἐπὶ ἄρχοντος Σωστιγένους· ἐτελεύτησεν ἐτῶν ν. καὶ β. ἐπὶ ἄρχοντος Φιλίππου, κατὰ τὸ β. καὶ λ. ἔτος Πτολεμαίου τοῦ σωτῆρος βασιλείας. Malè hic sunt calculi positi, nam à Sosigene ad Philippum fuerunt tantùm anni XLIX. nec à natalibus *Menandri* ad XXXII. Ptolemæi fuere anni LII, sed tantùm L. Vide *Petavium*.

In basi alterius statuæ *Menandri*, cui caput deest.

M E-

TESTIMONIA.

MENANDROS.

Ἐχρῆν μὲν εἶναι σὺν Ἔρωτι φίλῳ σε, Μένανδρε,
Ὦ συζῶν ἐτέλεις ὄργια τερπνὰ Θεᾷ.
Δῆλος δ' εἰ φορέων αἰεὶ Θεὸν, ὁπότε καὶ νῦν
Σὴν μορφὴν κατιδὼν αὐτίκα πᾶς σε φιλεῖ.

Φαιδρὸν ἑταῖρον Ἔρωτος ὁρᾷς Σειρῆνα θεάτρων
Τόνδε Μένανδρον, ἀεὶ κρᾶτα πυκαζόμενον.
Οὕνεκα ῥ' ἀνθρώπους ἱλαρὸν βίον ἐξεδίδαξας,
Ἡδύνας σκηνὴν, δράμασι πᾶσι * γαιῶν.

* Sic legendum, non γάμων: ut eſt apud *Gruterum*, ſine ſenſu.

Οὐ φαύλως ἔσησα κατ' ὀφθαλμούς σε, Μένανδρε,
Τῶνδε γ' ἐμπρείης φίλτατέ μοι, κεφαλῆς.
Ἀλλά σε δεύτερ' ἔταξε σοφὸς κρίνειν μετ' ἐκεῖνον
Γραμματικὸς κλεῖνος πρόσθεν Ἀριστοφάνης.

Vide etiam in Anthologia Lib. I. c. LXVII. Ep. 17. Lib. III. c. V. Ep. 39. & Lib. V. Ep. 65. quæ ſunt in laudem *Menandri*, nam brevitatis cauſa à nobis omittuntur.

Suidas in Lexico, de Menandro.

Μένανδρος Ἀθηναῖος Διοπείθους καὶ Ἡγησιστράτης, περὶ ἣν πολὺς παρὰ πᾶσιν ὁ λόγος, Κωμικὸς τῆς νέας Κωμῳδίας, σταβὸς τὰς ὄψεις, ἑξὺς δὲ τὸν νοῦν, καὶ περὶ γυναῖκας ἐκμανέστατος· γέγραφε κωμῳδίας ρή. καὶ ἐπιστολὰς πρὸς Πτολεμαῖον τὸν βασιλέα καὶ λόγους ἑτέρους πλείστους καταλογάδην. Si hæc vera ſunt, major erit noſtra jactura, & diligentia *Menandri* admiranda prorſus fuerit.

Idem de Philemone.

Φιλήμων, Συρακούσιος, υἱὸς Δάμωνος, καὶ αὐτὸς Κωμικὸς τῆς νέας Κωμῳδίας. ἤκμαζεν ἐπὶ τῆς Ἀλεξάνδρου βασιλείας, βραχὺ Μενάνδρου πρότερος. ἔγραψε δὲ κωμῳδίας πρὸς ἐνενήκοντα καὶ ἐβίωσεν ἔτη ἐνενήκοντα ἓξ. εἰσὶ δὲ οἱ λέγουσιν ά. καὶ ρ'. ἐτελεύτησε δὲ ὑπὸ σοδορᾶ γέλωτος. Οὗτος ὁ Φιλήμων ἄπορος ἦν τὸ σῶμα καὶ μέντοι καὶ τὰς αἰσθήσεις πᾶσας ἀσινεῖς εὐμοιρίᾳ τινὶ διεσώσατο· ὁμολογῶσι δή πω καὶ τοῦτο. πολεμούντων Ἀθηναίων καὶ Ἀντιγόνου, Πειραιεῖ διαιτώμενος ὁ Φιλήμων ὅναρ ὁρᾷ κόρας ἑξὺσας θ'. τῆς οἰκίας αὐτῷ. ἐδόκει δὲ ἐρίσθαι αὐτὰς, τι βυκλόμεναι καλαλειπησιν αὐλῶν, αὐλῶν τε ᾠήτο ἀκῦσαι λεγουσῶν ἔξω θυρῶν εἶναι, μὴ γαρ εἶναι θεμιτὸν ἀκῦσαι αὐλάς· καὶ τὸν μὲν ὄνειρον ἐνταῦθα παύσασθαι· αὐτὸς δὲ διυπνισθεὶς τῷ παιδὶ περιηγεῖται ἅ τι εἶδε καὶ ὅσα ἤκουσε, καὶ ἄγινα εἶπεν· εἶτα

Digitized by Google

εἶτα μέντοι ἔγραψε τὰ λοιπὰ τῶ δράματος, ὅπερ ἓν ἔλυχνιδιὰ τῆς παρούσης ἄγων φροντίδος. καὶ ἐπειλυσάμενος ἡσυχῆ ἐκεῖσε· καλὰ ὑπερίσχε, καὶ οἱ γε ἔνδον ὧδε καθεύδειν αὐτόν· ἐπεὶ δὲ μακρὸν τοῦτο ἦν ἐκαλύψαντες τεθνεῶτα ἐθεάσαντο, &c.

Ex ſequentibus liquet hanc hiſtoriam eſſe petitam ex libris *Æliani* de Providentia. Si vera eſt, falſa erit ſuperior, de morte eximio riſu. Attamen ſic res narratur à *Luciano*, in Macrobiis: Φιλήμων ὁ Κωμικὸς ἑπτὰ καὶ ἐνενήκοντα ἔτη βιὺς, καὶ ἐκεῖνο μὲν ἐπὶ κλίνης ἠρεμῶν, θεασάμενος δὲ ὄνον τὰ παρασκευασμένα αὐτῷ σύκα κατεδόντα, ὥρμησε μὲν εἰς γέλωτα, καλέσας δὲ τὸν οἰκέτην καὶ ἀθρόῳ γέλωτι εἰπὼν προσδοῦναι τῷ ὄνῳ ἀκράτου ῥοφεῖν, ἀποπνιγεὶς ὑπὸ τοῦ γέλωτος ἀπέθανε. En aliud rurſus è *Plutarcho*, an ſeni ſit gerenda Reſp. p. 785. Φιλήμονα δὲ τὸν Κωμικὸν καὶ Ἄλεξιν ἐπὶ τῆς σκηνῆς καὶ στεφανουμένους ὁ θάνατος κατέλαβε.

L. Apuleius in Floridis, §. XVI.

Poëta fuit hic PHILEMON, *media Comœdiæ ſcriptor. Fabulas cum* Menandro *in ſcena dictavit, certavitque cum eo; fortaſſe impar, certè æmulus. Namque eum etiam vicit ſæpe numero, pudet dicere. Reperies tamen, apud ipſum, multos ſales, argumenta lepidè inflexa, agnatos lucidè explicatos, perſonas rebus competentes, ſententias vitæ congruentes, joca non infra ſoccum, ſeria non uſque ad cothurnum. Rara apud eum corruptela &, uti errores, conceſſi amores. Nec eo minùs & leno perjurus & amator ſervidus & ſervulus callidus & amica illudens & uxor inhibens & mater indulgens & patruus objurgator & ſodalis opitulator & miles præliator; ſed & paraſiti edaces & parentes tenaces & meretrices procaces. Hiſce artibus diu in arte Comœdica nobilis fortè recitabat partem fabulæ, quam recens fecerat; cúmque jam in tertio actu, quod genus in Comœdia fieri amat, jucundiores adſectus moveret; imber repentinò coortus —— differri auditorii cœtum & auditionis cœptum coëgit. Reliquum autem variis poſtulantibus, ſine intermiſſione, deincipiti die perrecturum. Poſtridie igitur, maximo ſtudio, ingens hominum frequentia convenere —— Qui non adfuerant percunctari ante dicta, qui adfuerant recordari audita; cunctiſque jam priorum gnaris, ſequentia exſpectare. interim dies ire, neque* Philemon *ad conditum venire. Quidam tarditatem Poëtæ murmurari, plures deſendere. Sed ubi diutiùs æquo ſedetur, nec Philemon uſpiam comparet, miſſi ex promtioribus qui accirent, atque in ſuo ſibi lectulo mortuum offendunt. Commodùm ille animâ editâ obrigueràt, jacebatque incumbens toro, ſimilis cogitanti &c.* Hinc colligere licet quàm difficile ſit interdum, in priſca hiſtoria, ſcire quid verum ſit, propter varias, quæ ad nos pervenerunt, narrationes.

Alia loca Veterum ad *Menandrum* & *Philemonem* ſpectantia adſatim ſunt in notis adlata. Ex Recentioribus vide *G. J. Voſſium* de Poëtis Græcis, & *Franciſc. Vavaſſorem* de Ludicr. dictione Sect. I. c. 6.

Ad-

Digitized by Google

Addenda & Emendanda.

Pag. 4. v. 22. pro ὑποσχεῖν lege ὑποχεῖν, ut in notis.

p. 11. v. 1. in notis pro φάρυγος, lege φάρυγγος.

p. 34. in not. ad vers 16. pro μεταπιπλεῖσαι, lege μεταπίπτει.

p. 44. vers 3. ante ἔφη, adde ὡς.

p. 46. *Ad Titulum, adde:* Meminit etiam hujus Comœdiæ *Martialis*, Epigrammate quod proferemus ad Μισούμενον.

p. 89. in notis ad Antiſtitam, v. 7. pro *Miſogyno*, lege *Miſogyne*.

p. 94. vers. 5. Caniſtr. pro κήραν, lege χήραν.

p. 100. in not. ad vers 3. pro μεταπίπτουσα, lege μεταπίπτοντα.

p. 106. Adſentatoris ℣. 2. pro ἀπολωθῶν, lege ἀκολωθῶν.

p. 140. *In Titulo* pro παιλίᾳ, lege παιδίᾳ.

p. 142. Pellicis verſu 4. pro ἐπιμεινας, lege ἐπιμείνας.

p. 158. poſt ultimum Plocii verſum, adde: Γυνὴ κυεῖ δεκάμηνος. *Mulier parit decimo menſe*, apud *A. Gellium* Lib. III. c. 16. quem vide.

p. 162. Samiæ vers 1. pro βιβαιωτὸν lege λιβαιωτὸν.

p. 289 & 290. & in ſequentium pagin. inſcriptione pro Φιλέμονος, lege Φιλήμονος.

p. 334. Ad Hypobolimæi titulum, adde: Hanc fabulam ex *Ariſtophanis* Cocalo deſumtam teſtatur *Clemens* Alexandrinus Lib. VI. Strom. p. 628.

Peccata in ſpiritibus & accentibus facilè Lector per ſe emendabit.

MENAN-

Digitized by Google

ΜΕΝΑΝΔΡΟΥ
ΛΕΙΨΑΝΑ.

MENANDRI
RELIQUIÆ.

Digitized by Google

ΜΕΝΑΝΔΡΟΥ ΛΕΙΨΑΝΑ.

ΕΚ ΤΩΝ ΑΔΕΛΦΩΝ.

α'.

Τί πολλὰ τηρεῖν πολλὰ δεῖ δεδοικότα;

β'.

——— Ἔργον εὑρεῖν συγγενῆ
Πένητός ἐστιν. ᾐδεεὶς γὰρ ὁμολογεῖ
Αὐτῷ προσήκειν τὸν βοηθείας τινὸς
Δεόμενον. αἰτεῖσθαι γὰρ ἅμα τι προσδοκᾷ.

γ'.

Εἴπερ τὸν ἀδικοῦντ' ἀσμένως ἠμύνετο

NOTÆ IN MENANDRUM.

In Titulum] Præter Scriptores, in quibus hujus Comœdiæ fragmenta inveniuntur, meminit ejus *Donatus*, in Præfat. in Adelphos *Terentii*, qui Græcam Latinè vertit. *Potuit eam*, inquit, *Terentius* Fratres *dicere*, *ſed & Græci nominis εὐφωνίαν perderet & præterea togata videretur. Ad ſummam non ſtatim intelligeretur* Menandri *eſſe*, *quod Terentius inprimis Lectorem ſcire cupit* —— *Eſt igitur* Menandri *& à* Fratrum *facto*, *quibus argumentum nititur*, *nomen accepit*. Attamen teſtatur ipſe *Terentius*, in Prologo, ex Commorientibus *Diphili* locum in *Adelphos* ſuos ſe tranſtuliſſe. *Adelphos* etiam *Pomponii* laudat *Nonius Marcellus*, & *Priſcianus* Fratres *Afranii*; nec quidquam vetat plures Latinos Poëtas hanc *Menandri* fabulam vertiſſe.

1. *Τί πολλὰ* &c.] Duplex ſenſus verſiculi eſſe poteſt. Intelligi enim queat, de homine divite, qui, quia multas divitias habet, multa timet infortunia, quibus eripi ſibi poſſint; ita ut hoc velit *Menander*, præſtare non habere tantas divitias, quàm tam multa timere. Sed dici hæc etiam queant de eo, qui cavere ſibi debet à multis, quòd multos offenderit. Ambiguum eſt verbum *τηρεῖν*, quod *ſervare* ut cuſtodias, & *obſervare* animo cavendi, aut etiam nocendi ſignificat. Verùm cùm *Stobæus* hunc ſenarium protulerit in Tit. de timiditate, credibile eſt poſteriori ſenſu ab eo intellectum; niſi alieno loco collocarit, quod non rarò fecit. *Grotius* vertit: *Quid-*

Digitized by Google

MENANDRI FRAGMENTA.

EX FRATRIBUS.

1. *Ex J. Stobæi Floril. Tit.* VIII.

Quid neceſſe eſt multa timentem multa ſervare?

2. *Ex eod. Tit.* X.

—— Difficile invenire cognatum
Pauperis eſt, nemo enim fatetur
Se cognatione contingere eum, qui auxilio quopiam
Indiget; nam ſimul exſpectat à ſe quidpiam poſtulatum

3. *Ex eodem Tit.* XLIII. (iri.

Si injuriam inferentem alacriter propulſaret

Quid multa cauto, multa cùm timeas, opus? Quorum verborum primâ ſpecie obſcurorum ſenſus eſt, præſtare relinquere eam vitæ rationem, in qua multa ſunt timenda, ne perpetua anxietate, ad cavendas inſidias, opùs ſit. Sic Tyrannus *neceſſe eſt multos timeat, quem multi timent*, ut eſt in nobili *P. Syri* ſenario, præſtátque tyrannide ſe abdicare, quàm multa timentem tam multa cavere. Attamen cùm Comœdiam, non Tragœdiam, in qua ſola Tyrannis eſt locus, ſcripſerit *Menander*, malim priori ſenſu intelligere, ſeu de anxietate divitis timentis ne quam divitiarum particulam amittat. Vide *Philemonis* fr. XXXVIII. incertæ Comœdiæ.

2. Ἔργον εὑρεῖν &c.] Hos verſus adducit *M. Ant. Muretus* Var. Lect. Lib. II. c. 6. ut illuſtret hoſce Terentianos. Phormionis Act. II. S. II, 10.

Quia egens relicta eſt miſera, ignoratur parens,
Negligitur ipſa; vide, avaritia quid facit.

6. Εἶπέ τὸν ἀδικοῦντ' &c.] Egregia ſanè ſententia atque ex intima Philoſophia deſumta. *Solon* interrogatus *quo modo fieri poſſet ut quàm minimè homines* alios *injuriâ adficerent?* reſpondit, *ſi qui injuriâ non adficiuntur haud aliter doleant ac injuriâ adfecti:* πῶς ἂν ἧκιστα ἀδικοῖεν οἱ ἄνθρωποι; εἰ ὁμοίως, ἔφη, ἄχθοιντο τοῖς ἀδικουμένοις οἱ μὴ ἀδικούμενοι. *Diog. Laërtius* I, 59. Ideò inter præcepta Pythagoræ hoc fuit: *Legibus opem ferendam, iniquitatem oppugnandam:* νόμῳ

Digitized by Google

Ἕκαστος ἡμῶν, καὶ συνηγωνίσατο,
Ἴσως νομίζων ἴδιον εἶναι τὸ γεγονὸς
Ἀδίκημα, καὶ συνέπραττον ἀλλήλοις πικρῶς,
Οὐκ ἂν ἐτὶ πλεῖον τὸ κακὸν ἡμῖν ηὔξατο
Τὸ τῶν πονηρῶν, ἀλλὰ παρατηρέμενοι
Καὶ τυγχάνοντες ἧς ἔδεε τιμωρίας,
Ἧτοι σπάνιοι σφόδρ' ἂν ἦσαν, ἢ πεπαυμένοι.

δ'.

Χαῖρ', ὦ Φίλη γῆ, διὰ χρόνε πολλέ σ' ἰδὼν
Ἀσπάζομαι. τετὶ γὰρ ἃ πᾶσαν ποιῶ
Τὴν γῆν, ὅταν δὲ τέμον ἐσίδω χωρίον.
Τὸ γὰρ τρέφον με τῦτ' ἐγὼ κρίνω Θεόν.

ε'.

——— Θεός ἐςι τοῖς χρηςοῖς ἀεὶ
Ὁ νῷς ἄρ', ὡς ἔοικε τοῖς σοφωτάτοις.

ς'.

Τὰ τῶν Φίλων κοιν' ἃ μόνον τὰ χρήματα,
Καὶ νῷ δὲ καὶ Φρονήσεως κοινωνία.

ζ'.

Ὁκτώ τις ὑποσχεῖν ἀνεβόα καὶ δώδεκα
Κυάθως, ἕως κατέσεισε Φιλοτιμέμενος.

βοηθεῖν, ἀνομία πολιμεῖν. Idem Lib. VIII, 23. Ideò etiam Heraclitus dicere solebat *contumeliam exstinguere oportere, magis quàm incendium, & populum oportere pugnare pro lege, quasi pro muro.* Ὕβριν χρὴ σβεννύειν μᾶλλον ἢ πυρκαϊὴν, καὶ μάχεσθαι χρὴ τὸν δῆμον ὑπὲρ τῦ νόμε, ὅκως ὑπὲρ τῦ τείχεος. Idem Lib. IX, 2.

17. Τὸ γὰρ τρέφον με] Hunc versum ex Piscatoribus citat *Justinus.* Grotius. *Justinus*, nempe, in libro de Monarchia Dei p. 109. ubi addit: τὸ εἰθισμένον τρέφειν ἃ δεῖται παρὰ τῦ δεομένε χορηγίας, *quod solet alere non opus habet suppeditari quidquam sibi ab indigo*; cùm notum sit agro fimum & cultum ab agricola suppeditandum. Verba *Menandri* confert *Pet. Victorius*, Var. Lect. Lib. II. c. 20. cum hisce Phormionis Terentiani, de eo qui Parasitum alit, Act. II. S. II, 20.

Hæc tu cùm rationem ineas, quàm sint suavia & quàm cara sint,
Ea qui præbet, non tu hunc habeas planè præsentem Deum?

18. Θεός ἐςι &c.] Vide ad fragm. CCXIII. ex incertis Comœdiis.

20.

Unuſquiſque noſtrûm, & auxilium ferret,
Æquè credens ſuam eſſe, quæ facta eſt,
Injuriam, & ſe invicem (*omnes*) acriter adjuvarent;
Non tantopere malum adauctum eſſet
Quod fit à malis; ſed cùm obſervarentur,
Et luerent pœnas, quas oporteret,
Aut rari valde eſſent, aut deſiiſſent.

4. *Ex eodem Tit.* LVI.

Salve, ô amica terra, à longo intervallo te conſpicatus
Saluto; hoc enim non cuivis facio
Terræ, ſed cùm meum video prædium.
Quod enim me alit, hoc judico eſſe Deum.

5. *Ex Juſtino de Monarchia Dei* p. 109.

—— Deus eſt bonis ſemper
Mens, ut videtur ſapientiſſimis.

6. *Ex Suida* in κοινὰ τὰ τῶν Φίλων.

Amicorum communes non tantùm divitiæ,
Sed & mentis ac prudentiæ eſt communio.

7. *Apud Athenæum* Lib. X. p. 431.

Octo aliquis ſuffundere clamabat & duodecim
Cyathos, donec caput demiſit contentione *bibendi.*

20. Τὰ τῶν φίλων &c.] Eſt quoque hoc fragmentum apud *Photium*. Vide Indicem ſingularum vocum. Hoc vult *Menander*, non eſſe confugiendum ad amicos, eò tantùm ut mutuam pecuniam ab iis capiamus, ſi qua indigemus; ſed præſertim ut eorum conſilio utamur. Nam ſunt homines ſtolidi, qui cùm non ſoleant audire amicorum conſilia, ſolent tamen ad eorum opem confugere, ſi qua indigeant pecunia. Vide *Ciceronem* de Amicitia Cap. XIII.

22. Ὀκτώ τις &c.] Hæc profert *Athenæus*, ubi de bibacitate agit. Ὑποχεῖν ſignificare hîc videtur *largius fundere*, ut ὑποπίνειν eſt *largiùs bibere*. Poſterius à Lexicographis obſervatum, prius non item. Dixerunt etiam Græci eodem ſignificatu ὑπερβρέχειν, de quo vide *Iſ. Caſaubonum* in *Athenæum* Lib. I. c. 22.

23. Κατέστιστ] Καταστίειν, ut docet loco laudato *Athenæus*, dicebantur ii qui in compotationibus ſuccumbebant, metaphorâ ſumtâ ab iis qui fructus decutiunt. Subaudiendum verò videtur κεφαλὴν, quam nimis poti, vini vaporibus agitatam, demittunt.

Φιλοτιμούμενος] Erant enim olim, ut hodie, qui multum biben-

η'.

Εἰ δ' ἐςὶ τὴν κόρην διεφθορώς.

θ'.

Α. Σέβειν δὲ τὰς κρατοῦντας ἀρχαῖος νόμος.
Β. Οὐ παντελῶς δεῖ τοῖς πονηροῖς ἐπιτρέπειν,
Ἀλλ' ἀντιτάττεσθ'· εἰ δὲ μὴ, τ' ἄνω κάτω
Ἡμῶν ὁ βίος λήσει μεταφερθεὶς ὅλος.

ι'.

——— ἐξακεῖσθαί μοι δοκῶ τὸ δίκτυον

ια'.

Ω μακάριόν με, γυναῖκα γὰρ ἃ λαμβάνω.

ιβ'.

Ος δ' ἅτ' ἐρυθριᾶν οἶδ', ἃ δὲ δεδοικέναι,
Τὰ πρῶτα πάσης τῆς ἀναιδείας ἔχει.

ιγ'.

Οὐκ ἐς' ἀνοίας ἃ δὲν τολμηρώτερον.

ιδ'.

Οἴ μοι, τὸ γὰρ ἄφνω δυσυχεῖν μανίαν ποιεῖ.

ιε'.

Πρὸς ἅπαντα δειλὸς ὁ πενὴς ἐςι πράγματα,
Καὶ πάντας αὐτὸ καταφρονεῖν ὑπολαμβάνει.

di gloriam ambiebant, seu *ἐφιλοτιμοῦντο*, nec opus est exempla quærere. Præmia etiam proponebantur auferenda ab iis, qui maximè omnium bibissent in festo *χόων*, apud Athenienses, de quo vide *Diog. Laërtium* Lib. IV, 8.

24. *Εἰ δ' ἐςὶ* &c.] *Ammonius* profert hæc verba, ut ostendat *διέφθαρται* passivè sumi, *διέφθορε* verò activè; quod nemo ignorare potest.

26. *Οὐ παντελῶς δεῖ* &c.] Qui tyrannidem vi invaserunt, si vi dejiciantur, queri jure non possunt. Qui verò certis legibus imperant, sibi pareri, præter illas leges, non magis postulare possunt; quàm cives concedere quod postulant. Alioquin invadere aliena licet, sua recuperare amissa, aut tueri non licet; quod absurdissimum esse nemo non videt.

29. *Ἐξακεῖσθαι*] Profert *Eustathius*, ut verbi usum ostendat, ex *Ælio Dionysio*. Pertinere hoc fragmentum videtur ad *Piscatores*.

30. *Ὦ μακάριόν* &c.] Utinam plura loca *Menandri* cum Terentianis contulisset *Donatus!* Plura haberemus fragmenta, quæ pauciſſima

Digitized by Google

8. *Ammonius de Diff. Voc.* in διέφθαρται.

Si is eſt qui puellam corrupit.

9. *Apud J. Stobæum Fl. Tit.* XLIV.

A. Colendos eſſe Magiſtratus antiqua lex habet.
B. Non omnino oportet malis *quidvis* permittere,
Sed reſiſtere; ſin minùs, ſurſum deorſum
Tota vita noſtra inverſa ſenſim agetur.

10. *Euſtath. in Hom.* MDCXLVII, 58.

—— reſarcire mihi videor rete.

11. *Donatus in Adelph. Act.* I. *S.* I, 18.

O beatum me! uxorem enim non duco.

12. *Intt. ad Terent. Adelph. Act.* I. *Sc.* II, 4, 5.

Qui neque erubeſcere novit, neque timere,
Impudentiæ primas partes attigit.

13. *Ibidem ad* ℣. 18.

Imperitia nihil eſt audacius.

14. *Ibid. ad* ℣. 43. *Act.* II. *S.* I.

Hei mihi! ſubitò enim infelicem fieri furorem creat.

15. *Stobæus Flor. Tit.* XCVI.

Ad omnia timidus pauper eſt negotia,
Et omnes ſe contemnere putat.

ciſſima ex ejus Commentariis hauriri potuerunt. Sed ars illuſtrandi Veteres, eo ævo, non ſatis nota erat.

31. Ὃς δ' ἂν ἐρυθριᾷν &c.] Proferuntur hæc *Menandri*, ab Interprete *Terentii Frid. Lindenbrogio*, quaſi è *Priſciani* Lib. XVIII. ubi tamen invenire non potui.

33. Οὐκ ἐς' ἀνείας &c.] Idem hunc verſiculum *Menandro* tribuit & confert cum hoc *Terentii* Act. II. S. I, 18.

Homine imperito numquam quidquam injuſtius.

34. Οἵ μοι &c.] *Menandro* tribuunt & conferunt cum his Terentianis Act. II. S. I, 43.

Minimè miror, qui inſanire occipiunt ex injuria.

35. Πρὸς ἅπαντα &c.] Ideò ad hanc Comœdiam hæc verba retuli, quod ex iis expreſſa videantur hæc Terentiana Act. IV. Sc. III, 14.

Omnes, quibus res ſunt minùs ſecundæ, magis ſunt neſcio quomodo
Suſpicioſi, ad contumeliam omnia accipiunt magis;
Propter ſuam impotentiam, ſe ſemper credunt negligi.

Digitized by Google

Ὁ δὲ μετρίως πράττων περισκελέσερον
Απαντα τ' ἀνιαρὰ, Λαμπρία, φέρει.

ΕΚ ΤΟΥ ΑΛΙΕΩΣ.

α'.

Πρῶτος εὑρὼν διατροφὴν πτωχῷ τέχνην,
Πολλὰς ἐποίησεν ἀθλίας. ἁπλᾶν γὰρ ἦν
Τὸν μὴ δυνάμενον ζῆν ἀλύπως, ἀποθανεῖν.

β'.

Χαλεπόν γε θυγάτηρ κτῆμα, καὶ δυσδιάθετον.

γ'.

Δύναται τὸ πλατεῖν καὶ φιλανθρώπως ποιεῖν.

δ'.

——— Παχὺς γὰρ ὗς ἔκειτ' ἐπὶ σόμα.
Ἐτρύφησεν ὥσε μὴ πολὺν τρυφᾶν χρόνον.

In Titulum] Hæc Comœdia ἁλιεὺς & ἁλιεῖς singulari & plurali numero dicitur à *Polluce* & aliis; nam unam & eamdem fuisse puto, quamvis aliter censeat *Joan. Meursius* in Biblioth. Græca. Piscatores *Pomponii* laudantur à *Nonio*, qui fortè ex *Menandro* versi. *Plauti* Rudens meliùs fuisset inscripta *Piscatori*, nec scio annon ex nostro desumta fuerit.

1. Πρῶτος εὑρὼν] Hæc sunt artificis βαναύσου ægrè labore manuum victitantis, eáque hyperbolica. Aut in eamdem cogitationem, ac *Antiphanes*, incidit noster, aut eum est imitatus. Sic enim nescio quis, in Comœdia ejus Fullone, loquebatur; si *Stobæo*, in eodem Titulo, credimus:

Ὅστις τέχνην κατέδειξε πρῶτος τῶν Θεῶν,
Οὗτος μέγιστον εὗρεν ἀνθρώποις κακόν.
Ὅταν γὰρ ἀπορῆταί τις, ἂν μὲν ἀργὸς ἦν,
Ἐλθὼν ἀπεκινδύνευσεν ἡμέραν μίαν,
Ὡς ἢ γεγονέναι λαμπρὸν, ἢ τεθνηκέναι.
Ἡμεῖς δ' ἔχοντες ἁρπάβωνα τὴν τέχνην
Τὸ ζῆν, ἀεὶ πεινῶμεν ἐπὶ ταῖς ἐλπίσιν.
Ἐξὸν τε μικρὸν διαπορηθῆναι χρόνον,
Τὸν βίον ἅπαντα τοῦτο δρᾶν αἱρούμεθα.

Quisquis Deorum primus artem monstravit, is maximum invenit ho-

Cujus mediocris eſt res conſtantiùs
Omnia moleſta, Lampria, fert.

EX PISCATORE.

1. *Apud Joan. Stobæum* Fl. T. LXI.

QUi primus invenit artem, quæ pauperem aleret,
Multos fecit miſeros; ſimplicius erat
Eum, qui non poterat ſine moleſtia vivere, mori.

2. *Ibid. Tit.* LXXVII.

Moleſta eſt filia poſſeſſio & incommoda.

3. *Ibid. Tit.* XCI.

Poſſunt efficere divitiæ ut homines humani videantur.

4. *Apud Athenæum* Lib. XII. p. 549.

—— craſſus enim ſus in os jacebat.
Ita deliciis ſe immerſit, ut longo tempore non poſſet.

hominibus malum; cùm enim aliquis egenus eſſet, ſi otiaretur quidem, profectus per unum diem periculum adiret; ut ſplendidus fieret, aut interiret; nos vero qui artem habemus, quaſi *pignus vitæ, ſemper eſurimus propter ſpes noſtras; & cùm liceret* alioquin *exiguo tempore egere, per totam vitam id facere malumus.* Facilè hæc poſſent confutari, oſtendendo, ſine artium varietate & neceſſitate eas exercendi, vix fore viralem vitam. Vide Dialogum Paupertatis & Pluti, in Pluto *Ariſtophanis.*

4. Δυσδιάθετον] Satis commodè hæc vox unâ Latinâ exprimi nequit. Gallicè dixeris, *dont il eſt difficile de diſpoſer, dont il n'eſt pas facile de ſavoir que faire. Menandro* in Conſobrinis dicitur puella patri κτῆμα ἐργάδες, *poſſeſſio quæ negotium faceſſit.* Alia in eamdem ſententiam, apud *Stobæum*, videre licet.

5. Φιλανθρώπως ποιεῖ] Faciunt opes ut divites humani videantur, quia omnia eorum dicta & facta in meliorem partem accipiuntur, & vel tenuis virtutis umbra in iis laudatur. *Menander* in *Hypobolimæo* & in *Bœotia* docet vitia occultari divitiis.

6. Παχὺς γὰρ &c.] Hæc habebat de Dionyſio, Clearchi F. Heracleotarum tyranno, ut docet *Athenæus*, qui deſcriptâ ejus nimiâ pinguedine, addit: μνημονεύει δ' αὐτῦ καὶ Μένανδρος, ἥκιστα γ' ὢν λοίδορος, ἐν τοῖς Ἁλιεῦσι τὸν μῦθον ὑποσημαίνεις ὑπέρ τινων φυγάδων ἐξ Ἡρακλείας; *meminit ejus & Menander, qui minimè conviciatur,*

Digitized by Google

ε'.

Ἴδιον ἐπιθυμῆντι μόνος μοι θάνατος ἥτος φαίνεται
Εὐθάνατος, ἔχοντα πολλὴν τὴν χολάδα κεῖσθαι παχὺν,
Καὶ μόλις λαλοῦντα καὶ τὸ πνεῦμ' ἔχοντα πᾶν ἄνω,
Ἐσθίοντα καὶ λέγοντα, σήπομ' ὑπὸ τῆς ἡδονῆς.

ς'.

Εὐπορημένῃ δὲ μετρίως, ἐκ κυλίκων χρυσέων,
Περσικαὶ στολαὶ δ' ἐκεῖναι πορφυραῖ, τορεύματα,
Ἔνδον εἰσ' ἄνδρες, ποτηρίδια, τορεύματα,
Κἀκ τυπωμάτων πρόσωπα, τραγέλαφοι, λαβρώνια.

ζ'.

Λαμπήνη

η'.

Καὶ χρυσόλαβες καλὸν πάνυ ἐγχειρίδιον.

θ'.

Τὸ γὰρ τρέφον με, τοῦτ' ἐγὼ κρίνω θεόν.

in Piſcatoribus, *loquentes inducens exſules quoſdam ex Heraclea.* Tum ſubdit ſex ſequentes verſiculos.

8. Ἴδιον ἐπιθυμῆντι &c.] Sardanapali cujusdam hæc ſunt, hoc eſt, feræ non hominis, qualis erat Dionyſius, ad cibum quod adtinet; ceteroqui non inhumanus.

Ἴδιον] Hoc addidimus, ad verſum & ſenſum implendum, & hæc in tetrametros digeſſimus confuſa apud *Athenæum*. Grotius.

9. Πολλὴν τὴν χολάδα] Legebatur πολλάς γε χολάδας. *Idem.*

10. Καὶ μόλις] Hoc καὶ addidimus, ut & πᾶν. *Idem.*

Πνεῦμ' ἔχοντα πᾶν ἄνω] Intelligit, ut cenſet *Caſaubonus*, quam Medici vocant ὀρθόπνοιαν. Non tam hunc morbum ſignari putem, quo fit ut homines, non niſi erecto corpore, ſpiritum ducere queant, quàm difficultatem reſpirandi ex ſagina nimia ortam; quâ, conſtrictis pulmonibus, reſpiratio fit frequentior. Dicitur autem πνεῦμα eſſe ἄνω, quòd aër admiſſus tam citò rejiciatur, ut vix videatur deſcendere in intimos pulmonum receſſus, ſed in ſumma tantùm eorum parte æſtuare & reciprocari. Ejuſmodi reſpiratio dicta eſt ab *Hippocrate* πνεῦμα μετέωρον, *ſublimis ſpiritus*, de qua loquutione agit *Galenus* de Reſpirationis Difficultate Lib. III. c. 11. Dixerat *Hippocrates* Epidemiorum II. de nonnullis angina laborantibus: πνεῦμα δὲ τούτοισιν οὐ πάνυ μετέωρον, *his ſpiritus non admodum ſublimis erat.* Quod ſic interpretatur *Galenus*: ὡς δηλονότι μετεώρου τὰ πολλὰ τοῖς κυναγχικοῖς γιγνομένου τοῦ πνεύματος. ὕστως δὲ καλεῖν ἔθος αὐτῷ τὸ μικρὸν πνεῦμα, καὶ, ὡς δόξειε τισὶ αὐτόθι που μέχρι τῆς

5. *Ibidem.*

Propriam mortem optanti ſola hæc mihi videtur
Bona, oppletum inteſtinis multis jacere pinguem,
Et vix loquentem ac ſpiritum ægrè ducentem,
Comedentem ac dicentem, putreſco præ voluptate.

6. *Apud Athenæum* Lib. XI. p. 486. & 500.

Divitis verò mediocriter è calicibus aureis,
Perſicæ verò illæ ſtolæ purpureæ, cælata vaſa.
Intus ſunt viri, minora pocula, vaſa cælata,
Ex ſculpturis facies, tragelaphi & labronia.

7. *Apud Pollucem* Lib. X. c. 12. §. 52.

Lectica.

8. *Ex eodem* Lib. X. c. 31. §. 145.

Aureum manubrium habens pulcherrimus pugio.

9. *Apud Juſtinum de Monarch.* p. 109.

Quod me alit hoc ego judico Deum.

τῆς φάρυγγος εἰσιὸν, ὡς εἰς τὸ βάθος τῦ θώρακος καλερχόμενον: *tamquam, videlicet, ut plurimùm anginoſis ſublimis ſpiritus fiat. Sic autem vocare ei mos eſt ſpiritum parvum &c., ut videri cuipiam poſſit, ad fauces uſque circiter ingreſſum, non autem in thoracis profunditatem deſcendentem.* Idem *Galenus* Lib. IX. de Compoſ. medicamentorum, ſecundùm locos Cap. I. ſub finem, ubi de remediis ab Archigene Ictericis præſcriptis: εἶτα περιπαλήσαντα πολλὰ τρίψας εὖ μάλα, ἔτι μᾶλλον ἐρῦ τῦ πνεύματος ὅσον, ὃς πιεῖν: *deinde poſtquàm à multa ambulatione agrum bene defricueris, cùm erit adhuc ſublimis ſpiritus, da bibendum.* Eodem planè ſenſu *Horatius* dixit *ſublimem ſpiritum* ex curſu, Od. XV, 31. Lib. I. Quod cur in dubium à viris doctiſſimis revocatum ſit non video. Quare attuli loca Galeni integra.

12. Εὐπορημένη &c.] *Athenæus* hæc p. 486. adfert, ut oſtendat λαβρώνια eſſe vaſa Perſica ἀπὸ τῆς ἐν τῷ πίνειν λαβρότητος dicta; at p. 500. maſculino genere vocat λαβρωνίας. *Photius* in Lexico habet λαβρωνεῖον, citátque etiam *Menandrum*. Verbis hiſce videtur deſcribere neſcio cujus Perſicas divitias. Locum diſruptum rectè cenſet *Iſ. Caſaubonus*, nec ſanatu facilem.

16. Λαμπάνη] Vide etiam *Photium*, in indice noſtro.

17. Χρυσόλαβις] Sic dictum quòd haberet auream λαβὴν, quam in rem hic locus citatur à *Polluce*.

18. Τὸ γὰρ &c.] Vide ad vſ. 18. Adelphorum.

19.

Digitized by Google

ι'.

——— Ἐκλελάκησεν

Ὁ χρησὸς ἡμῖν μοιχὸς, ἀλλ' ἀντάλλαγος.

ια'.

Δύ' οἰκίας φηλῶν γερόντων, ὡς λέγεις,
Ἀβελτέρων.

ιβ'.

ἀναπετῶ
Τοῦτ' προσελθὼν καὶ οὐκ ἀνέξομ' οὐκέτι.

ιγ'.

——— ἀμφιβλήστρῳ περιβάλλεταί.

ιδ'.

Πρωΐ γέρων ἁλιεὺς, παρ' ἣ τὸ Φέρνιον
Τρίτην ταύτην ἐπριάμεθ' ἡμέραν

ιε'.

——— Θάλασσα
Καὶ βορβορώδης ἡ τρέφει θύννον μέγαν.

ις'.

Ἡδυλίζειν·

19. Ἐκλελάκησεν Citantur hæc à *Suida*, propter ultimam vocem, quâ significatur is, qui alius loco substituitur; sed quid locus sibi velit obscurum.

20. Δύ' οἰκίας &c. Profertur à *Suida*, ut ostendat φηλῶν esse *decipere*.

27. Ἀναπετῶ] Adsert *Suidas*, ut probet idem esse ac ἀνα πε]άσω, *expandam*.

ΕΚ ΤΗΣ ΑΝΑΤΙΘΕΜΕΝΗΣ.

Ὄρα Μεσσηνίαν. α'.
Ἀράβιος ἄγγελος

β'.

——— Πρὸς ταῖς δώδεκα
Δραχμαῖς καὶ τριώβολον μέτοικος τελεῖ.

In Titulum. Eadem est ac Messenia, ut liquet ex *Suida* & *Apostolio* Cent. IV, 2. in verbis prolatis.

2. Πρὸς ταῖς &c.] *Harpocration* profert hunc & alia loca Veterum, ut

10. *Apud Suidam in ἀντάλλαγον. Schol. Ariſtoph. ad Pacem.*

—— Increpuit
Benignus erga nos moechus, ſed alius loco ſuffectus.

11. *Apud eumdem in* φηλῆν. *Schol. Ariſt. in Pacem* 1165.

Duas domos fallere ſenum, ut ais,
Stupidorum.

12. *Apud Suidam in* ἀναπετῶ.

Expandam
Hoc accedens, neque ampliùs me cohibebo.

13. *Apud Pollucem* Lib. X. c. 30. §. 132.

—— Sagenâ circumdatur.

14. *Euſtath. in Iliad.* DCCXLII, 59.

Accedens ſenex piſcator, à quo cophinum
Ante tres hoſce dies emimus.

15. *Apud Athenæum* Lib. VII. p. 303.

—— Mare
Etiam lutulentum, quod magnum thynnum alit.

16. *Apud Photium in Lexico.*

Adulari.

25. Ἀμφιβλήστρῳ] Hunc locum profert *Pollux*, ubi inſtrumenta piſcatorum enumerat, inter quæ eſt ἀμφίβλήστρον.

26. Προσιὼν &c.] Hæc recitat *Euſtathius*, oſtenſurus φέρνια eſſe ἰχθύων σπυρίδας *piſcium cophinos*.

29. Καὶ βορβορώδης &c.] Agit eo loco *Athenæus* de Thynnis multáque habet ad eos pertinentia, ex variis Scriptoribus.

30. Ἠδυλίζειν.] Vide *Photium*, in Indice noſtro.

EX CONSECRATA.

Vide *Meſſeniam*. 1. *Apud Suidam in his vocibus.*
Arabicus nuncius.

2. *Apud Suidam & Harpocrationem in voce* μετοίκιον.

—— Præter duodecim
Drachmas, & triobolum inquilinus ſolvit.

ut oſtendat μετοίκιον fuiſſe tributum quod ſolvebant μέτοικοι, *inquilini*. Sic & *Suidas*. Utrumque vide.

Ad

ΕΚ ΤΗΣ ΑΝΔΡΙΑΣ.

α'.

——— Τὸ ἐρᾷν ἐπισκοτεῖ
Ἅπασιν, ὡς ἔοικε, καὶ τοῖς εὐλόγως,
Καὶ τοῖς κακῶς ἔχουσι.

β'.

Καὶ τεττάρων ὡῶν μετὰ τοῦτο, Φιλτάτη,
Τὸν νεοττόν.

γ'.

Νῦν δὲ οὐδὲν λέληθάς με ἄν.

δ'.

Εὑρετικὴν μὲν εἶναί Φασι τὴν ἐρημίαν
Οἱ τὰς ὀΦρῦς αἴροντες.

ε'.

Λύσατε αὐτὴν τάχιστα.

ς'.

Μὴ λιτάνευε, μὴ μάχου.

ζ'.

Τί δήποτ' ἀκούω;

η'.

Ἔνθεν ἀποΦεύγων οὐκ ἂν ἀπολοίμην ποτέ.

Ad Titulum. Andriam ſuam *Terentius* ex hac fabula & Perinthia ejuſdem Poëtæ conflavit, ut fatetur ipſe in Prologo. *Andria* etiam fuit *Afranii*, ut teſtatur *Nonius*.

3. Τοῖς κακῶς ἔχουσι] Sic ſcripſi pro τοῖς καλῶς, eſt enim clara oppoſitio, inter eos qui εὐλόγως, hoc eſt, bene & convenienter rectæ rationi adfecti ſunt, & eos qui κακῶς, id eſt, malè, ſeu qui adfectus ſequi ſolent. Repetitio copulæ & articuli καὶ τοῖς rem ita intelligendam oſtendit. *Menander* docet non homines tantùm nihili, ſed etiam bonos amore occæcari; nec opus eſt rem argumentis, vel auctoritatibus Veterum firmari.

5. Τὸν νεοττόν] Hæc verba proferunt *Suidas* & *Photius* in Lexico, ut oſtendant hac voce ſignificari *vitellum ovi*.

7. Εὑρετικὴν &c.] His verbis *Donatus*: illuſtrat hæc *Terentii*.
Venit meditatus alicunde ex loco ſolo;

Ora-

EX ANDRIA.

1. *Apud Stobæum Fl. Tit.* LXIV.

—— Amor obtenebrat *mentem*
Omnibus, & iis qui convenienter rationi,
Et iis qui malè adfecti ſunt.

2. *Apud Suidam in* Νεοττὸν.

Et quatuor ovorum poſtea, cariſſima,
Vitellum.

3. *Apud Donatum* in Andr. A. I. S. II, 33.

Nunc verò nihil me fallis.

4. *Idem in Andr. Act.* II. S. IV, 4.

Inventricem quidem eſſe aiunt ſolitudinem
Qui ſupercilia tollunt.

5. *Idem in Andr. Act.* III. S. II, 3.

Hanc quantocyus lavate.

6. *Idem in Andr. Act.* III. S. III, II, 12.

Ne precare, ne pugna.

7. *Donat. in Andr. Act.* III. S. IV, 13.

Quid tandem audiam?

8. *Idem in Andr. Act.* III. S. V, 5.

Hinc elapſus, numquam periero.

Orationem ſperat inveniſſe ſe &c.

Dio Chryſoſtomus Orationem XX. εἰς τὴν ἀναχώρησιν conſcripſit, quam nocere etiam Philoſophis & Philologis plus putat, aut putare ſe fingit, quàm prodeſſe. Sed omnia nimia nocent, ſive in ſolitudine verſeris nimis longa, ſive in perpetua hominum frequentia vitam teras.

8. Οἱ τὰς ὀφρῦς αἴροντες] Sunt Philoſophi, qui ſupercilia attollentes, ut gravem vultum fingant, paſſim deſcribuntur. Sic in Timone *Luciani*, Thraſycles Philoſophus deſcribitur τὰς ὀφρῦς ἀνεσπακώς, *ſubductis ſuperciliis*. Vide & frag. LIV. ex incerta Comœdia. Hoc unum fermè alicujus pretii eſt *Menandri* fragmentum, apud *Donatum*. Sequentia ex veſtigiis corruptæ ſcripturæ collegerunt, ut potuerunt, viri docti, & præſertim *Frid. Lindenbrogius*, in obſervationibus ad *Donatum*.

12.

Digitized by Google

θ'.

Ὑγιὴς νοσοῦντα ῥᾷςα πᾶς τις νοθετεῖ.

ι'.

Σκολύψασα σὺ μυρρίνας τῇδε ἔκτεινε.

ια'.

Οὕτως αὐτός ἐςιν

ιβ'.

Ἐγώ σε δᾶλον ὄντ' ἔθηκ' ἐλεύθερον.

ιγ'.

Ὀργὴ Φιλέντων ὀλίγον ἰσχύει χρόνον

ιδ'.

Οὐδέποτ' ἐταίρα τὸ καλὸ πεφρόντικε.

12. Ὑγιὴς &c. Hunc verſiculum, præfixo nomine *Menandri* teſtatur *M. Ant. Muretus* à ſe lectum.

13. Σκολύψασα &c.] Ex veſtigiis depravatiſſimæ, apud *Donatum*, ſcripturæ hæc verba collegi. Ea profert ad illuſtranda Davi verba, jubentis Myſin ſubſternere verbenas puero, ante januam adponendo, ne durum & frigidum ſolum teneris membris noceret:

——— *Ex ara hinc ſume verbenas tibi,*
Atque eas ſubſterne.

ΕΚ ΤΟΥ ΑΝΔΡΟΓΥΝΟΥ.

α'.

Τὸ γὰρ συνῆθες ἡδαμῶ παροπτέον.

β'.

Τὰ προσπεσόντα προσδοκᾶν ἅπαντα δεῖ
Ἄνθρωπον ὄντα. παραμένει γὰρ ἡδὲ ἕν.

In Titulum] *Athenæus* Lib. VI. p. 243. ubi de Chærephonte Paraſito agit, poſtquàm alia Menandri loca è *Kekryphalo* & *Methe* protulit, addit: μεμνημένει δ' αὐτῶ καὶ ἐν Ἀνδρογύνῳ ἢ Κρητί: *meminit etiam ejus, Androgyno, vel Cretenſi.*

1. Τὸ γὰρ &c.] De legibus & conſuetudinibus patriis agit illic *Stobæus*. Intelligenda hæc verba de conſuetudinibus innoxiis, nec cum recta ratione pugnantibus.

2.

Digitized by Google

Apud Muretum Var. Lect. I, 9.

Facilè omnes, cùm valemus, recta consilia ægrotis damus.

10. *Donat. ad Andr. Ac.* IV. Sc. 3, 11.

Evulsos myrteos ramos hac extende

11. *Idem ad Andriæ Act.* V. Sc. 4, 16.

Sic est ille.

12. *Ex Int. ad. Terent. And. Act.* I. Sc. I, 10.

Ego te, servus cùm esses, feci liberum.

— 13. *Act.* III. *Sc.* III, 23.

Ira amantium brevi viget tempore.

14. *Act.* IV. *Sc.* IV, 16.

Numquam meretrix honesti rationem habuit.

In Græcis μυρσίνας evellere jubetur ancilla, pro *verbenis*, quia discubituri ruri interdum myrteas frondes substernebant. *Plato* de Republ. Lib. II. p. 427. Ed. Lugd. 1590. describit cives κεχλακισμένους ἐπὶ στιβάδων ἐστρωμένων μίλακι τε καὶ μυρσίναις, *discumbentes in lectis smilace & myrto stratis.*

17. Ὀργὴ φιλόνεω &c.] *Terentius:*

Amantium iræ amoris redintegratio est.

EX ANDROGYNO.

1. *Apud. J. Stobæum Fl. Tit.* XLIV.

Consuetudo enim nusquam negligenda.

2. *Ibid. Tit.* CVIII.

Quæ contingunt exspectare omnia oportet
Eum, qui homo est; nihil enim permanet.

2. Τὰ προσπεσόντα &c.] Nempe, ut rectè P. Syrus:
Cuivis potest accidere quod cuiquam potest.
Quo Senario etiam *Seneca* usus est, Consol. ad Marciam Cap. IX. & de Tranquil. Animi Cap. XI.

4. Παρεσκεύασται γὰρ] Ad omnes eventus paratus est; quam in rem multa *Seneca*, locis laudatis & alibi.

Digitized by Google

γ'.

Μαρτύρομαι τὸν Φίλιον, ὦ Κράτων, Δία.

δ'.

Πλήξας γὰρ ἔΦθειρεν ἐκ παρατάξεως
Πόθεν τὰς ἐν Λαμίᾳ πάσας.

5. Πλήξας] Præter *Suidam* & *Apoſtolium*, adde *Photium* in Lexico. Lamia fuit Theſſaliæ urbs, ad quam Athenienſes, poſt mor-

ΕΚ ΤΩΝ ΑΝΕΨΙΩΝ.

α'.

Εὐδαιμονίας τοῦτ' ἔχειν υἱὸς νοῦν ἔχων·
Ἀλλὰ θυγάτηρ κτῆμ' ἐστὶν ἐργώδες πατρί.

β'.

Ὁ Φανὸς ἐξι μεγὸς ὕδατος οὗτοσί·
Δεῖ τ' οὐχὶ σείειν αὐτὸν, ἀλλα γε σποδιεῖν.

γ'.

——— εἰσιὼν
Πανὸν, λύχνον, λυχνοῦχον, ὅτι πάρεσι, Φῶς
Μόνον πολὺ ποίει.

δ'.

——— Φύσει γὰρ ἐς' ἔρως

Ad Titulum. *Afranii* Conſobrini laudantur à *Feſto* & *Chariſio*, & cùm notum ſit multas noſtri Comœdias ab *Afranio* eſſe verſas, credibile eſt Conſobrinos ex hoc Dramate fuiſſe deſumtos.

2. Ἐργώδες] Vide ad γ'. 4. Piſcatorum.

3. Ὁ Φανὸς] *Athenæus* hæc fragmenta profert, ut oſtendat φανὸν dici quoddam facis genus; ubi agit etiam de λύχνῳ & λυχνοῦχῳ, quorum prius propriè μύξαν, poſterius vas quo continetur ſignificat.

4. Δεῖ τ' οὐχὶ &c.] Ita rectiſſimè ad Athenæum *Caſaubonus*, pro ποδιεῖν. Sed eidem placebat integrum verſum ſic efficere: δεῖ τ' οὐχὶ σείειν αὐτὸν, ἀλλά γε σποδιεῖν. *Grotius.*

Iſ. Caſaubonus Animadverſ. in Athenæum Lib. XX. c. 18. vult etiam ſuperiore loco ſcribi πανὸς, *Athenæumque* id ſtatim docere; appellare enim eum plenam aquæ facem, quæ erat confecta ex ligno

3. *Ex Suida* in Φίλιος.

Teſtor amicitiæ præſidem, ô Crato, Jovem.

4. *Ex eodem in* Λαμία *&* *Apoſtolio* Cent. XI, 75.

Percuſſas enim perdidit ex acie
Alicunde omnes quæ in Lamia erant.

tem Alexandri, Antipatrum vicerunt. Vide memoratos Scriptores.

EX CONSOBRINIS.

1. *Apud Stobæum Floril. Tit.* LXXVII.

FElicitatis eſt, ſi ſit filius ſapiens,
Sed filia poſſeſſio eſt moleſta patri.

2. *Apud Athenæum* Lib. XV. p. 700.

Fax hæc eſt plena aqua,
Oportétque eam non concutere, ſed cinere tegere.

3. *Ibidem.*

—— ingreſſus
Phanum, lychnum, lychnuchum, quia adeſt, lumen
Tantùm multum excitato.

4. *Apud Stobæum Tit.* LXIV.

—— Natura enim eſt amor

gno viridi & ſucci adhuc pleno. *Euſtathii* deinde verba profert, παιδὶ δέ φασι χρῆσις καὶ παρὰ Διφίλῳ (Menandrum debuit dicere) εἶον, ὁ παιὸς ὕδατός ἐστι μεστός· ἦλοι ὁ φαιὸς ξύλα ἔχει χλωρότατα, καὶ διὰ τοῦτο ὑδαληρά. Altero verſu negat, inquit idem *Caſaubonus*, poſſe hanc madentem facem accendi, ſi quis eam quatiat, ut fieri ſolet; ſed in calentibus cineribus eſſe ſiccandam, inſtar acapnorum lignorum. Legendum, δεῖ δ' ἐχὶ στίειν αὐτὸν ἀλλά γε σποδιεῖν. Hæc vir doctiſſimus, quæ tamen non oſtendunt legendum eſſe παιὸς potiùs quàm φαιός. Malim, apud Atticos & Græcos pleroſque, φαιὸς fuiſſe in uſu, ἀπὸ τοῦ φαίνειν, quod omnia oſtendat in tenebris eo utentibus, deinde ab Æolibus, τὸ φ in π mutantibus, dictum παιὸς; quæ fuit etiam ſententia *Angeli Caninii*, in Alphabetho.

Φύσει γὰρ &c.] Ex hoc partem verſûs fecimus, cùm ſequenti malè cohæreret. *Grotius.*

Digitized by Google

Τοῦ νωθετοῦντος κωφὸν, ἅμα δ' οὐ ῥάδιον
Νεότητα νικᾶν ἐςὶ, καὶ Θεὸν λόγῳ. 10

ΕΚ ΤΟΥ ΑΠΑΓΓΕΛΛΟΜΕΝΟΥ.

α'.

Εἰς τὸ δέον.

In Titulum. Scribit *Suidas* ἀπαγγελλόμενον, ſed *Stobæus* ἐπαγγελλό-

ΕΚ ΤΟΥ ΑΠΙΣΤΟΥ.

α'.

——— Ὤιμην, εἰ τὸ χρυσίον λάβοι
Ὁ γέρων, θεράπαιναν εὐθὺς ἡγορασμένην
Ἄβραν ἔσεσθαι.

In Titulum. Hujus Comœdiæ nomen ſolus nobis ſervavit *Suidas*, ut rectè obſervavit ad eum ſcriptorem is, cui vitam propemodum debet, *Lud. Kuſterus*, vir doctiſſimus. Vult *Suidas* ἄβρα» dictam ancillam honoratiorem apud heram ſuam. *Heſychius* verò: ἄβρα,

ΕΚ ΤΩΝ ΑΡΡΗΦΟΡΩΝ.

α'.

Τὰ γὰρ πατρῷα μὲν ποιεῖ καιρός ποτε
Ἀλλότρια, σώζει δ' αὐτά πᾳ τὰ σώματα.
Βίᾳ δ' ἔνεςιν ἀσφάλει' ἐν ταῖς τέχναις.

In Titulum. Hæc Comœdia non Ἀῤῥηφόροι tantùm, aut Ἀῤῥηφόρος, ſed & Αὐλητρίς vel Αὐλητρίδες à Scriptoribus, unde petita ſunt fragmenta, dicitur. Pluralia ſunt ac ſingularia hæc nomina, ut *Piſcator* & *Piſcatores*, non ex conſilio, ut puto, Poëtæ; ſed quòd compendiariam ſcripturam Ἀῤῥηφορ. vel Αὐλητ. alii ſingulari numero, alii plurali intellexerint. Ἀῤῥηφόρια fuit feſtum Minervæ, quo ἄῤῥητα in ciſtis Deæ ferebant quatuor virgines nobiles, unde feſto

Monenti ſurdus, ſimúlque non facile eſt
Vincere juventutem & Deum ratione.

EX NUNCIATO.

1. *Apud Suidam, in his vocibus.*

IN id quod opus erat *factu.*

μενοι, quod ideò profert *Joan. Meurſius.* Vide ergo quæ ſub eo titulo.

EX INFIDO.

1. *Apud Suidam* Αβρα.

—— Putabam ſi aurum acciperet
Senex, ancillam continuò emtam
Delicatam futuram.

δύλη, παλλακή. Ac ſanè ejuſmodi concubinas non apud heram, ſed apud herum, honoratiores, vocabant Latini *delicatas*; ut ex pluribus priſcis Inſcriptionibus intelligere licet, ubi ſæpe *delicatarum* monumenta occurrunt.

EX MINERVÆ SACRA FERENTIBUS.

1. *Apud Stobæum Floril. Tit.* LX.

PAtria enim quæ fuerant facit tempus aliquando
Aliena, ſervátque & ipſa aliquando corpora.
Vitæ verò ſecuritas artibus ineſt.

feſto nomen. Virgines verò vocabantur ἀρρηϕόροι & per ſyncopen ἀρρηφόροι, unde nomen huic Dramati. Vide quæ de eo feſto collegit *Joan. Meurſius*, in Græcia Feriata.

1. Τὰ γὰρ πάρεργα] Γὰρ ob verſum addidimus. *Grotius.* Senſus eſt, ſublatis patriis bonis, remanere artifici ſuam peritiam, ſi modò vivat; cùm deſtituti omni arte, amiſſis bonis, ſibi proſpicere nequeant.

Digitized by Google

β'.

Πάντας συ μεθύσης, Βυζάντιον,
Τοὺς ἐμπόρους ποιεῖς· ὅλην ἐπίνομεν
Τὴν νύκτα διὰ σέ· καὶ σφόδρ' ἄκρατόν μοι δοκῶ·
Ἀνίσαμαι γοῦν τέσσαρας κεφαλὰς ἔχων.

γ'.

Α. Οὐ γαμεῖς ἂν νοῦν ἔχῃς,
Τοῦτον καταλιπὼν τὸν βίον· γεγάμηκα γὰρ
Αὐτὸς, διὰ τοῦτό σοι παραινῶ μὴ γαμεῖν.
Β. Δεδογμένον τὸ πρᾶγμ', ἀνεῤῥίφθω κύβος.
Α. Πέραινε· σωθείης δὲ νῦν· ἀληθινόν
Εἰς πέλαγος αὐτὸν ἐμβαλεῖς γὰρ πραγμάτων,
Οὐ λιβυκὸν, οὐδ' Αἰγαῖον, οὐδ' Αἰγύπτιον,
Οὗ τῶν τριάκοντ' οὐκ ἀπόλλυνται τρία
Πλοιάρια· γήμας δ' οὐδε εἷς σέσωσθ' ὅλως.

δ'.

——— Πάντ' ἐςὶ τῷ καλῷ λόγῳ
Ἱερόν· ὁ νοῦς γὰρ ἐςιν ὁ λαλήσων Θεῷ.

4. Πάντας &c.] Oſtendit *Ælianus* Var. Hiſt. Lib. III, 14. vino deditiſſimos fuiſſe Byzantios, adſértque hujus loci particulam, qui plenior legitur apud *Athenæum*.

Σὺ μεθύσης] Omnino per adloquutionem hoc legendum docet quod ſequitur διὰ σὲ. Legitur apud *Athenæum*, πάντας μεθύσῃς τὸς ἐμπόρους ποιεῖ τὸ Βυζάντιον & cetera verſuum confuſa. *Caſaubonus* ποιεῖ Βυζάντιον, deinde ἐπίνομέν γε & ἄκρατον οἶνον, ὡς γέ μοι δοκῶ. *Grotius*.

7. Ἀνίσαμαι γὰρ &c.] Hunc verſiculum & particulam aliquam aliorum ex Naucratita ſapiente, hoc eſt, ex *Athenæo* profert *Euſtathius* in *Homerum* p. MDIV, 63. δοκῶσι δὲ, inquit, πολυκέφαλοι καὶ οἱ μεθύοντες καὶ οἷον πολλὰ βλέποντες τῇ συγχύσει τῆς ὁράσεως. ἔμπορος γάρ τις μέθυσος παρὰ Μενάνδρῳ παίζει κατὰ τὴν ἱστορίαν τὸν Ναυκρατίτην σοφὸν ὅτως· ὅλην ἐπίνομεν τὴν νύκτα, καὶ σφόδρα ἄκρατόν μοι δοκῶ, ἀνίσαμαι γὰρ τέσσαρας κεφαλὰς ἔχων: *Videntur plura capita habere & qui ebrii ſunt, quaſi plura videntes confuſo adſpectu. Mercator ergo aliquis apud Menandrum ludit, ut prodidit ſapiens Naucratita, ſic: totam bibimus noctem & valde merum, ut mihi videor, ſurgo igitur habens quatuor capita.* Imò hoc dicitur ob gravedinem capitis, quæ tanta erat poſtero die, ut quatuor capita geſtare ſibi videretur.

8.

Digitized by Google

2. *Apud Ælian. Var. Hiſt.* L. III. c. 14. *Athen.* L. X. p. 442.

Omnes tu ebrios, ô Byzantium,
Mercatores facis, totam bibimus (detur,
Noctem propter te, & quidem planè merum, ut mihi vi-
Surgo enim habens quatuor capita

3. *Apud Athenæum* Lib. XIII. p. 559.

A. Uxorem non duces, ſi ſapias,
Hac relictâ vitâ; duxi enim uxorem
Ipſe, quare tibi ſuadeo ne ducas.
B. Res eſt mihi certa, jaciatur alea.
A. Perge, incolumis nunc eſto, verum *enim*
In mare moleſtiarum te conjicies,
Non Libycum, neque Ægæum, neque Ægyptium,
Ubi ex triginta non pereunt tria (incolumis evaſit.
Navigia; at ne unus quidem eorum, qui uxorem duxerunt,

4. *Apud Juſtinum de Monarchia Dei* p. 109.

—— Omnia ſunt rectæ Rationi
Templum, mens enim eſt quæ Deum alloquitur.

8. Οὐ γαμεῖς ἄν] Pro ἐὰν. *Grotius.*

11. Δεδογμένον τὸ πρᾶγμ'] Hoc & ſequente verſu, perſonarum diſcrimen adnotavimus. *Idem.*

14. Οὐδ' Αἰγύπτιον] Addidimus implendo verſui has duas voces; & facilè potuerant excidere, ob ſimilitudinem præcedentium. *Idem.*

16. Γῆμας δ' ὁδὶ εἶς] Ejusmodi ſententia, quæ non ſemel occurrit in hiſce fragmentis, ceteræque de mulierum nequitia, quibus ſimiles ex aliis Comicis, Tragiciſque poſſent ingenti numero colligi, olim, ut hodie, hyperbolicæ habebantur. Hujusmodi dicta ſatis eſt ſæpe eſſe vera, & quodam modo poſſe defendi. Non ſunt axiomata moralia æternæ, ut loquuntur, veritatis, nullâ exceptione laborantia.

17. Πάντ' ἐϛὶ τῷ καλῷ λόγῳ &c.] Hæc dicuntur contra eos, qui putabant gratiores eſſe preces Numini, quæ in Templo ei ſacro funduntur. Non tam corpore, quàm animo, Deum colimus; nec multùm intereſt ubicumque ſit corpus, cùm animus ubique præſentem Deum poſſit alloqui. *Non ſum ad cælum elevandæ manus, nec exorandus adituus ut nos ad aures ſimulacri, quaſi magis exaudiri poſſimus admittat; prope eſt à te Deus, intus eſt, tecum eſt*, &c. quæ legentur apud *Senecam* Ep. XLI.

Digitized by Google

δ'.

——— Ἡ χαλκοῦν μέγα ὅλκιον.

ς'.

Δωδωναῖον χαλκεῖον.

ζ'.

Β. Ἐς κόρον ἤδη πώποτ' ἔπιες, Σωσίλα,
Πᾶσι νῦν, πῖθι γὰρ κακῶς.

19. Ἡ χαλκῆ &c.] Hæc profert *Pollux*, ubi agit de ὁλκίῳ liquidorum simul & aridorum vase, eoque plerumque æneo. *Hesychius*: ὅλκιον, μέγας κρατὴς, λυτής.

20. Δωδωναῖον] De Garrulo dicebatur parœmia, cujus rationem docebit, præter auctores memoratos, *Stephanus* in Dodone. Lebetes, nimirum, ænei in Dodonæo Templo, ita suspensi erant, ut unus motus proximum pulsaret, ille sequentem; donec per omnes lebetes motus transiret, atque ex omnibus exaudiretur tinnitus. Alii aliter.

ΕΚ ΤΗΣ ΑΣΠΙΔΟΣ.

α'.

Ὁ βάλεται γὰρ μόνον ὁρῶν καὶ προσδοκῶν,
Ἀλόγιστός ἐστι τῆς ἀληθείας κριτής.

β'.

——— Ὦ τρισάθλιοι
Βασιλεῖς, τί πλέον ἔχουσι τῶν ἄλλων; βίον
Ὡς οἰκτρὸν ἐξαντλοῦσιν οἱ τὰ Φρύρια
Τηροῦντες, οἱ τὰς ἀκροπόλεις κεκτημένοι.

1. Ἃ βάλλεται] Sive de negotiis suis judicet, sive de alienis, ei verum videtur, quod cupit verum esse. Ea de re egimus Logicæ nostræ Lib. II, c. IX, 16. eámque illustravimus Veterum testimoniis, quibus adde hoc ex *T. Livio* Lib. VIII, 18, 2. *illud pervelim (nec omnes auctores sunt) proditum falsò esse venenis absumtos*; nimirum, multos ex primoribus Romanorum, à matronis; quod optabat falsum esse *Livius*, ne prisci Romani, quorum virtutes vulgò in cœlum ferri solebant, infamarentur.

3. Ὦ τρισάθλιοι &c.] Multa hanc in rem habet *Seneca*, Lib. I. de

5. *Apud Pollucem* Lib. X. c. 45. §. 176.

Aut æneum magnum holcium.

6. *Zenobius* Cent. VI, 5. *Vide & Suidam.*.

Dodonæus lebes.

7. *Apud Athenæum* Lib. X. p. 446.

B. Jam ad ſatietatem bibiſti, Soſila,
Omnibus nunc, bibe enim malè.

21. B. Ἐς κόρον] Apud Athenæum eſt βάλλ' ἐς κόρον, quod vertit Interpres: *abi in malum crucem*, quaſi eſſet legendum: βάλλ' ἐς κόρακας. Sed cùm ſit integer Senarius ſine Βάλλε, cúmque non ſit mutanda vox κόρος, quæ rectum ſenſum fundit, credidi B. aut Βαλλ. fuiſſe initium nominis perſonæ Soſilam alloquentis. Sequentis verſûs verba vix ſana eſſe videntur. *Athenæus* autem profert hunc *Menandri* locum, & alia aliorum, ut oſtendat πῖθι Græcè, non minùs ac πῖνε dici; quod miror cuiquam neceſſarium fuiſſe probatu. Proverbium eſt notum ἢ πῖθι, ἢ ἄπιθι.

EX CLIPEO.

1. *Apud Joan. Stobæum. Flor. Tit.* XXIII.

QUi id tantùm videt & exſpectat quod cupit
Ineptus eſt veritatis judex.

2. *Apud eumdem Ib. Tit.* XLIX.

——— O ter infelices
Reges! quid ampliùs habent quàm alii? vitam
Quam miſerandam ducunt, qui præſidia (*urbes munitas*)
Servant, qui poſſident arces!

de Clementia à Cap. IX. ad finem. Inter alia, hæc Cap. XIX. de Tyranno huc egregiè faciunt: *Tantùm enim neceſſe eſt timeat, quantum timeri voluit; & manus omnium obſervet & eo quoque tempore, quo non captatur, peti ſe judicet, nullúmque momentum immune à metu habeat* &c.

4. Βασιλεῖς] Quod præcedit, ὦ τρισάθλιοι, finem facit verſûs antecedentis, & vocem βασιλεῖς addidi, ut verſui ſua ratio conſtaret. *Grotius.*

Digitized by Google

Εἰ πάντας ὑπονοῆσιν ἕτω ῥαδίως
Ἐγχειρίδιον ἔχοντας αὐτοῖς προσιέναι,
Οἵαν δίκην διδόασιν;

γ'.

Στρατιώτην καὶ μικρὰν σωτηρίας
Ἕς' ἔργον εὑρεῖν πρόφασιν, ὁλέθρε δ' εὔπορον.

δ'.

Κανδύταλις

ε'.

Πολλοὶ γὰρ ἐκλελοιπότες τὸν χάρακα
Τὰς κώμας ἐπόρθων.

ς'.

Ἔμυξεν·

ζ'.

Ἑλληνὶς οὐκ Ἰβηρίς

η'.

——— Ἔχων τὴν ἀσπίδα
Ἔκειτο συντετριμμένην.

10. Στρατιώτην] Ita reſtituenda lectio, *Salmaſio* auctore; vulgò στρατιώτην σμικρόν. *Grotius.*

11. Πρόφασιν] Hoc eſt, *cauſam* ut paſſim, etiam in his fragmentis. Difficulter miles vel probabilem rationem evadendi periculi invenit, facilè exitium.

12. Κανδύταλις.] Dubium eſſe docent Interpretes *Pollucis* an κανδύτης.

ΕΚ ΤΩΝ ΑΤΑΛΗΤΡΙΔΩΝ.

Ὅρα Ἀρρηφόρος.

ΕΚ

Si omnes ſuſpicantur tam facilè
Pugionem habentes ad ſe venire,
Quas dant pœnas?

3. *Ibid. Tit.* LIII.

Militem etiam exiguam ſalutis
Difficile eſt rationem invenire, exitii facilè.

4. *Apud Pollucem* Lib. X. c. 31. §. 137.

Candytalis.

5. *Apud Harpocrationem, in χαράκωμα.*

Multi enim, relicto vallo,
Villas diripiebant.

6. *Erotianus in Lex Hippocrat. in voce.*

Gemuit.

7. *Conſtantin. Porphyrog. de Admin. Imperii* c. XXIII.

Græca non Ibera.

8. *Apud Ariſtoph. Schol.* ♆. 283. *Acharn.*

—— Habens clipeum
Fractum jacebat.

δύλαλις ſit legendum. Vas eſſe ait *Pollux* arculæ ſimile.

13. Πολλοὶ &c.] Habet etiam *Suidas* in *χάρακα*, ſed ſine nomine Comœdiæ.

15. Ἔμυξεν] Ἐστέναξε, ait *Erotianus*, μέμνηται καὶ Μένανδρος ἐν Ἀσπίδι. *Heſychius:* Ἔμυξεν, ἔστενεν, ἀπελίθαζεν.

E TIBICINIS.

Vide Arrephoros.

Digitized by Google

ΕΚ ΤΟΥ ΑΥΤΟΠΕΝΘΟΥΝΤΟΣ.

α'.

Σ Τεφανοῦν.

β'.

——— ὁ δὲ πλοῦτος τυφλὸν,
Τυφλοὺς δ' ἐς αὐτὸν ἐμβλέποντας δεικνύει.

1. Στεφανοῦν] In Codd. Harpocrationis erat *αὐλῷ τινθῶντι*, unde unam vocem rectè *Phil. Mauſſacus*, qui & *αὐλοντιτιθῶντα* fieri poſſe obſervavit, ut Ἐαυλογλιμορρήμενον. Sic citat *Stobæus*.

2. Ὁ δὲ πλοῦτος] Hæc in verſus digeſſimus, cùm vulgò confuſa in hunc modum exſtarent: *τυφλὸν ὁ πλοῦτος καὶ τυφλοὺς ἐμβλέποντας εἰς αὐτὸν δεικνύει Grotius.*

3. Τυφλοὺς δ' ἐς αὐτὸν &c.] Imitatus videtur *Euripidem*, cujus

ΕΚ ΤΩΝ ΑΦΡΟΔΙΣΙΩΝ.

α'.

Ἀλλ' ὅταν ἐρῶντα νοῦν ἔχειν τὶς ἀξιοῖ,
Παρά τινι τὸ ἀνόητον οὗτος ὄψεται;

β'.

Μόνον ἔς' ἀπαρηγορητὸν ἀνθρώποις ἔρως.

γ'.

——— Ἐκφυγοῦσα δ' ἣν εἶχεν νόσον,
Οὐκ ἔσχε τοὺς ῥηθέντας ἀναθέσθαι λόγους. 5

In Titulum. Suidas hoc Drama Ἀφροδίσιον vocat, *Stobæus* ἀφροδίσια, quod *Grotio* magis placuit, cui adſentior. De eo feſto, vide *Joan. Meurſium* in Græcia Feriata.

2. Παρά τινι] Ita nos loco deſperato ſuccurrimus. Erat *παρά τινι τ' ἀνώνητος ἕλος ὄψεται. Grotius.* Suſpicabatur *Conr. Geſnerus παρά τινι τ' ἀνόητον in aliquo inanem ſuam operam*, incommodè. Inſanire amantes probatu opus non eſt.

3. Ἀπαρηγόρητον] Vertit *Conr. Geſnerus*, *quod nullo ſermone conſilioue mouetur*; Grotius, *conſilii expers*. Sed *ἀπαρηγόρητον* dicitur quod

EX SE IPSUM LUGENTE.

1. *Ex Harpocratione in* Στεφανῶν.

COronare, *hoc est*, *honoris causa donare.*

2. *Apud Stobæum Floril. Tit.* XCIII.

—— Divitiæ cæca res sunt,
Reddúntque cæcos, qui eas intuentur.

verba ex Phaëthonte profert *Stobæus*, eodem titulo:

Δεινόν γε τοῖς πλουτοῦσιν τοῦτο σοὶ ἔμοιγε
Σκαιοῖσιν εἶναι. τί ποτε τυγχάνω σοὶ αἴτιον;
Ἆρ' ὄλβος αὐτοῖς ὀφθαλμοὺς συνεκρέφει,
Τυφλὰς ἔχοντι τὰς φρένας καὶ τὰς Τύχης;

Malum hoc divitibus ineſt, ut ſint levo animo. Quæ huius rei cauſa? An quia divitiæ cæcæ cum iis habitant, ideò cæcam Fortunæ mentem habent?

EX VENERALIBUS.

1. *Joan. Stobæi Fl. Tit.* LXIV.

SEd ſi quis amantem mentis compotem eſſe putet,
Inſaniam apud quem is videbit?

2. *Ibidem.*

Amor ſola res eſt, quæ ſolatium reſpuat apud homines.

3. *Suidas in* ἀναθέσθαι.

Cùm autem fugiſſet morbum, quo laborabat
Non poterat prolatos ſermones revocare.

quod non eſt παρηγορητὸν, ſeu *conſolabile*, à παρηγορέω, *conſolor*. Vulgò ἀπαραμυθητον dicunt. Rei, nimirum, amatæ jactura conſolationem non admittit. Profertur ab *Henr. Stephano* & *Rob. Conſtantino* ἀπαρηγόρητος hoc ſenſu, ex *Plut. in Galba*; nec mirum, cùm *Menandri* diligens lector & admirator fuerit Chæronenſis Philoſophus, ut & collatione *Ariſtophanis* & *Menandri* liquet. Res Pyrami & Thisbes, Phædræ, aliorumque amantium ſimilibus exemplis illuſtrari poteſt.

5. Ἀναθέσθαι] Hujus vocis cauſa, hunc locum citat *Suidas*, atque ex eo probat dici ἀναθέσθαι λόγους, ut ἀναθέσθαι ψήφους, *calculos*

Digitized by Google

δ'.

Εἰ τὰς ἀληθείας ἁπλῶς τίς σοι λέγει.

los loco movere. Eodem modo interpretatur *Harpocration*, qui profert hunc locum *Antiphontis* de concordia: *ἀναβεβλῆσθαι δὲ ὥσπερ πίττὸν τὸν βιον ἀκ ἔξεστι: vitam velut calculum revocare non licet.*

6. Τὰς ἀληθείας] Adfert hunc locum *Suidas*, ut probet ἀληθείας multitudinis numero dici, quod verum est. Notissimi sunt versus *Sophoclis* prolati à *Justino* M. in adhortatione ad Græcos, & aliis.

ΕΚ ΤΗΣ ΒΟΙΩΤΙΑΣ.

α'.

Οὐ δεῖ διαβολῆς καταφρονεῖν, οὐδ' ἂν σφόδρ' ἡ
Ψευδὴς ἐπίζαντ' αὐξάνειν αὐτήν τινες,
Δι' οὓς φυλάττεσθαι τὰ τοιαῦτ' ὀρθῶς ἔχει.

β'.

Πλοῦτος δὲ πολλῶν ἐπικάλυμμ' ἐστὶν κακῶν.

γ'.

——— Πολλὰ δύσκολα
Ἐν τοῖς πᾶσιν ἔυροις πράγμασ'· ἀλλ' εἰ πλείονα
Τὰ συμφέροντ' ἔνεστι, τοῦτο δεῖ σκοπεῖν.

δ'.

Οὐκ ἔστιν ἐκτεὺς τοῦτο, μὰ τὸν Ἀτκλητιόν,

ε'.

Πέντε καινὰ μὲν καὶ περίνηστα πορφύρα.

In Titulum, *Bœotiam* Comœdiam scripserat *Plautus*, cujus pauca dumtaxat fragmenta supersunt.

1. Οὐ δεῖ διαβολῆς &c.] Alios etiam versus *Menandri*. quos in Fragmentis ex incertis Comœdiis invenies, in eamdem rem adtulit *Stobæus*. Dignissimus lectu est hanc in rem libellus *Luciani*, quo demonstrat *non temerè credendum calumniæ*. Sed adtensum hujus loci quàm maximè facit monitum *Isocratis* ad Demonicum: Εὐλαβοῦ τὰς διαβολάς, κἂν ψευδεῖς ὦσιν· οἱ γὰρ πολλοὶ τὴν μὲν ἀλήθειαν ἀγνοοῦσι, πρὸς δὲ τὴν δόξαν ἀπερείδονται: *cave ne à calumniis, quamvis falsæ sint; plerique enim veritatem ignorant, respiciunt autem opinionem.*

4. Πλοῦτος δὲ &c.] Mala hæc *vitia* interpretatur rectè *Grotius*. Vide locum *Menandri* Hypobolimæo, huc facientem.

5.

4. *Apud Suidam in* Ἀλήθεια.

Si quis veritatem fimpliciter tibi dicat.

quorum initium eſt:

Εἷς ταῖς ἀληθείαισιν, εἷς ἐστὶν Θεὸς,
Ὃς οὐρανόν τ' ἔτευξε καὶ γαῖαν μακράν.

Unus re verâ, unus eſt Deus; qui cœlum creavit & terram magnam &c.

EX BOEOTIA.

1. *Apud Joan. Stobæum Fl. Tit.* XLII.

NOn oportet calumniam contemnere, ne ſi quidem Mendax eſt; quidam norunt eam augere, (valde
Propter quos à talibus ſibi cavere rectum eſt.

2. *Ibid. Tit.* XCI.

Divitiæ ſunt velum multorum malorum.

3. *Ibid. Tit.* CVIII.

——— multa moleſta
In omnibus negotiis inveneris; ſed an plura
Quæ proſint inſint, hoc te oportet conſiderare.

4. *Erotianus in Lexico Hippocrat. in* ἡμιεκτέα.

Non eſt hoc menſura ſex Chœnicum, per Æſculapium.

5. *Photius in Lexico.*

Veſtes quinque novas & purpurâ prætextas.

5. Πολλὰ δύσκολα &c.] Vide duo prima fragmenta τῆ Μισογύνυ.

8. Ἑκτέυς] *Erotianus* in Onomaſt. *Hippocratis*: Ἡμιεκτέα τὸ ἥμισυ τῆ ἑκτέυ, ἑκτεὺς δὲ λέγεται Ἀττικὸν μέτρον ἔχον χοίνικας ἕκτὼ, ὥς φησι Μένανδρος ἐν Βοιωτίᾳ.

9. Περίνησα] Vide verba *Photii*, in indice, ad hanc vocem. Similia de hac voce habet *Pollux* Lib. VII. §. 52, 53. Sed ſcribit περίνησα, quod mendoſum eſt, ſi ſit deducendum à νῆσος *inſula*. Neſcio annon meliùs deducatur à περινέω, *circum neo*, hoc eſt, νῆμα ſeu filum, aut textum filis conſtans veſti circumpono. Scio *Anaxila* locum proferri à *Polluce*, ubi veſtis ejus modi vocatur νῆσος, ſed comico fortè more ad ſonum vocis, potiùs quàm ad veram ejus originem, adluſit. Viderint eruditi.

In

Digitized by Google

ΕΚ ΤΟΥ ΓΕΩΡΓΟΥ Η ΓΟΡΓΙΟΥ.

α'.

Οὗτος κράτιστος ἒς' ἀνὴρ, ὦ Γοργία,
Ὅστις ἀδικεῖσθαι πλεῖστ' ἐπίσταται βροτῶν.

β'.

Ἀγρὸν εὐσεβέστερον γεωργεῖν οὐδένα
Οἶμαι· Φέρει γὰρ ὡς Θεοῖς ἄνθη καλὰ,
Κίττον, δάφνην. κριθὰς δ' ἐὰν σπείρω πάνυ
Δίκαιος ἀπέδωκεν τόσ' ὅσσ' ἂν καταβάλω.

γ'.

Εὐκαταφρόνητόν ἐστι, Γοργία, πένης,
Κἂν πάνυ λέγῃ δίκαια· τοῦτο γὰρ λέγειν

In Titulum. Nunc Γεωργὸς, nunc Γοργίας vocatur *Menandri* Drama, ſive utroque nomine re verâ vocatum ſit; ſive errore Librariorum, qui Γοργίαν vocarint ἀντὶ τῦ Γεωργῦ, quod fuerit verum nomen; ſive duplex fuerit Fabula. *Agricola Pomponii* citatur à *Nonio.*

1. Οὗτος κράτιστος &c.] Pulcherrima ſententia, atque ex intima Philoſophia petita, quin & Evangelicâ revelatione confirmata. Notiſſimus ille inſignis eſt locus Gorgiæ *Platonis*, in quo Socrates probans inducitur τὸ ἀδικεῖν τῦ ἀδικεῖσθαι κάκιον εἶναι, *deteriorem eſſe ſortem injuriam facientis, quàm patientis*, & μέγιστον τῶν κακῶν τυγχάνειν τὸ ἀδικεῖν, *maximum malorum eſſe injuriâ afficere*; ita ut multò beatior ſit injuria affectus, quàm qui fecit. Quam ſententiam & alii, poſt *Platonem*, defenderunt Philoſophi & præſertim *Maximus* Tyrius Diſſ. II. περὶ τῦ εἰ τὸν ἀδικήσαντα ἀνταδικητέον. Videntur hæc imperitis ac pravis hominibus Philoſophicæ aut Theologicæ jactantiæ, & paradoxæ ſententiæ. Sed ut omittam rationes Theologicas, nemo, qui quidem non deſipiat, negabit quin ille præſtantiſſimus ſit qui ea, quæ maximè conveniunt & proſunt humanæ Societati, facit. Ei autem planè eſt contrarium injuriam inferre, cùm injuriis diſſolvatur, præſertim mutuis. Qui injuriam facit ſocietatem incipit diſſolvere, hac quidem in re, & quatenus licet; qui patitur (de privato loquor) eam conſervat, ſi ignoſcat injuriæ; impedit enim ne ultione diſſiliat, quod fieret ſi numquam eſſet injuria ferenda. Fateor Magiſtratûs eſſe & obviam ire injuriæ, & commiſſam, pro noxæ gravitate, ulciſci; quia privati jus omne ſuum

Digitized by Google

EX AGRICOLA, aut GORGIA.

1. *Ex Stobæo Fl Tit.* V.

ILle eſt vir optimus, ô Gorgia,
Qui inter mortales maximè novit injuriam ferre.

2. *Apud Joan. Stob. Fl. T.* LVII.

Agrum religioſiorem colere neminem
Puto, fert enim, tamquam Diis, pulcros flores,
Hederam, laurum; hordeum verò ſi ſevero,
Juſtiſſimus ille reddit tantum quantum dejeci.

3. *Ibid. Tit.* XCVI.

Res eſt facilis contemtu pauper, ô Gorgia,
Quamvis juſtiſſima proferat, ideò enim dicere

ſuum in eum tranſtulerunt, ad conſervationem Societatis. Vide hac de re *Platonem* Lib V. de Legibus non procul ab initio, & dicta ad Fragm. 3. Adelphorum.

2. Ἀδικεῖσθαι] Res ipſa oſtendit ſignificari non ſimpliciter *injuriâ affici*, ſed eam æquo animo & ſine ulciſcendi cupidine ferre.

3. Ἀγρὸν &c.] Hæc joco dicebantur ab agricola, ſterilem agrum Atticæ colente.

4. Οἶμαι &c.] Vulgò ὅσα θεοῖς. Sed & οἶμαι in hunc verſum tranſtulimus. *Grotius.* *Vid. Observ. Miscell. p. 312.*

Ἄνθη καλὰ] Floribus enim ornabantur templa Deorum, corollæque eorum ſtatuis imponebantur. Sacra facientes etiam erant floribus coronati. A floribus dicta feſta Athenienſium Ἀνθεστήρια & Ἀνθοφόρια, ad quæ adi *Joan. Meurſium.* Vide & deſcriptionem pompæ Iſidis apud Apuleium Metam. Lib. XI. ubi memorantur *mulieres candido ſplendentes amicimine, vario lætantes geſtamine, verno florentes coronamine, quæ de gremio per viam, quâ ſacer incedebat comitatus, ſolum ſternebant floſculis.* Qui plura volent conſulant *Joan. Saubertum* de Sacrificiis Cap. XXIV.

5. Κρίθας δ' ἰὰν &c.] Ita poſuimus pro κρίθας τε ἂν *Grotius.*

6. Δίκαιος &c.] Fuerat δικαίως ἀπίθως' ὅσα ἂν καταβάλλω. Monuit autem *Salmaſius* δίκαιος rectè hic ſcribi, non δικαίως, *Polluce* auctore, qui ſic ſcribit: Μένανδρος δίκαιον γήδιον καλεῖ ὃ μηδὲν πλέον τῦ σπέρματος ἐφέρει, hunc ipſum, ni fallor, locum reſpiciens. *Grotius.* Vide *Polluccm* Lib. I. §. 227. Similem ſenſum invenies Frag. 27. *Philemonis.*

Digitized by Google

Ἕνεκα μόνου νομίζεθ' οὗτος τοῦ λαβεῖν,
Καὶ συκοφάντης εὐθὺς ὁ τὸ τριβώνιον
Ἔχων καλεῖται, κἂν ἀδικούμενος τύχῃ.

δ'.

Ὁ δ' ἠδικηκὼς ὅστις ἔστ' οὗτός ποτε
Τὴν ὑμετέραν πενίαν, κακοδαίμων ἔστ', ὅτι
Τοῦτ' ἠδίκηκεν, οὗ τυχὸν μεταλήψεται.
Εἰ καὶ σφόδρ' εὐπορεῖ γὰρ, ἀβεβαίως τρυφᾷ·
Τὸ τῆς τύχης γὰρ ῥεῦμα μετατίπτει ταχύ.

ε'.

Ἐμβεβρόντησαι γελοῖον, ὃς κόρης ἐλευθέρας
Εἰς ἔρωθ' ἥκων σιωπᾷς καὶ μάτην ποιεμένης
Περιορᾶς γάμους σεαυτῷ.

ς'.

Ἐν πράγμασιν, ἐν μάχαις

ξ'.

Βεβὼν ἐπήρθη τῷ γέροντι.

16. Τὸ τῆς τύχης &c.] Hic verſus profertur etiam, quaſi *Menandri*, ab Etymologici Magni auctore, ad vocem ποτιὸς. Ῥεῦμα autem fortunæ dicitur ejus favor, metaphorâ ex maris æſtu petitâ, qui μετατίπτειν ταχὺ, cùm aqua pondere ſuo in alveum maris relabitur.

17. Ἐμβεβρόντησαι] Confuſè hæc exſtant apud *Hermogenis* Scho-

ΕΚ ΤΗΣ ΓΛΥΚΕΡΑΣ.

α'.

——— Τί κλαίεις;
Ὀμνύω σοι τὸν Δία τὸν Ὀλύμπιον,

Ad Titulum. Nomen eſt nobilis meretricis, cujus amore captus erat *Menander*. Neſcio an ad hanc Comœdiam non reſpexerit *Athenæus* Lib. XIII. p. 594. ubi hæc leguntur: Ὅτι δὲ καὶ Μένανδρος ὁ ποιητὴς ἥρα Γλυκέρας κοινὸν ἐνιμισκῆθη δὲ. Φιλήμονος γὰρ ἑταίρας ἐρασθέντος, καὶ χρησὴν ὀνομάσαντος, διὰ τῦ γράμματος (fortè δράματος) ἀντέγραψε Μίσανδρος, ὡς ἀδήμιᾶς ὕσης χρησῆς. *A Menandro* poëta

Putatur hic tantùm, ut *aliquid* accipiat,
Et ſycophanta ſtatim pallium tritum
Gerens vocatur, quamvis injuriam patiatur.

4. *Ibid. Tit.* CV.

Quisquis eſt, qui aliquando injuriâ affecit
Paupertatem veſtram, nequam eſt, quia
Hoc injuriâ affecit, cujus fortè particeps fiet.
Licèt enim valde dives ſit, non firmis deliciis fruitur,
Fortunæ enim fluxus celeriter mutatur.

5. *Apud Hermogenis Scholiaſten.*

Ridiculè ſtupes, qui, in puellæ ingenuæ
Amorem cùm incideris, ſiles, & ſtultè quæ fiunt
Tibi nuptias negligis.

6. *Apud Scholiaſten Ariſtoph. in Plut.* ℣. 652.

In moleſtiis, in pugnis.

7. *Etymol. Magnum, in* Βαβὼν. *Suidas in eadem voce.*

Exortus eſt ſeni inguinis tumor.

liaſten. *Grotius.*

20. Ἐν πράγμασιν] Profert hunc locum *Menandri* Scholiaſtes *Ariſtophanis*, ut oſtendat hac voce negotia moleſta ſignificari. Similia habet *Suidas* in πράγματα.

21. Βαβὼν] *Suidas* nomen *Menandri* reticet.

EX GLYCERA.

1. *Apud Priſcianum* Lib. XVII. col. 1192.

—— Quid fles?
Juro tibi per Jovem Olympium

poëta amatam Glyceram vulgò notum eſt. In eam autem indignatus eſt. Cùm enim Philemon, meretricis illius amore captus, eam vocaſſet bonam, in Comœdiâ contrarium ſcripſit Menander, quippe cùm nulla meretrix bona ſit.

Τί κλαίεις &c.] Hæc verba profert *Priſcianus*, ut oſtendat verbum ὄμνυμι, apud Græcos, regere accuſativum.

Digitized by Google

Καὶ τὴν Ἀθηνᾶν, φιλτάτη, ὠμωμοκὼς
Καὶ πρότερον ἤδη πολλάκις.

ΕΚ ΤΩΝ ΔΑΙΤΑΛΕΩΝ.

α'.

Εἶτ' ἀπέδρα μόνος;

In Titulum. *Ariſtophanes* etiam ſcripſerat Comœdiam, cui nomen erat Δαιταλεῖς, quæ ſæpe citatur à Veteribus; nec uſquam occurrit mentio Menandrianæ hujus nominis, niſi in uno loco *Suidæ*.

ΕΚ ΤΟΥ ΔΑΚΤΥΛΙΟΥ.

α'.

——— Οἰκόσιτον νυμφίον
Οὐδὲν δεόμενον προικὸς ἐξευρήκαμεν.

β'.

——— Ἀνεμιαῖον ἐγένετο,
Τοῦ σπέρματος δίχ' ἄῤῥενος.

γ'.

Ἔπει δ' ἄνθρ οὕτως ὁ κακοδαίμων ἔφυ,

In Titulum. *Annulus* poſterior *Pomponii* citatur à *Nonio*.

1. Οἰκόσιτον &c.] Profert hunc locum *Menandri Athenæus*, ut oſtendat uſum vocis οἰκόσιτος, qui & antea & ab ejus ævo frequens fuit. Diceretur οἰκόσιτος νυμφίος, qui puellam duceret domum, ſine ullo nuptiali convivio à ſponſæ parentibus apparando, ac proinde ſumtus nullos eam in rem illis creaſet, quippe domi parata cœna contentus. Profert *Athenæus*, loco citato, verba hanc in rem Cratetis Comici:

——— Ἀσεῖον τὸ μὴ
Συνάγειν γυναῖκας, μηδὲ δειπνίζειν ὄχλον,
Ἀλλ' οἰκοσίτοις τὰς γάμους πεποιηκέναι.

Facetum eſt non congregare mulieres, neque multitudinem convivio excipere, ſed domi cœnantibus nuptias facere. Inter illiberalitatis charac-

Digitized by Google

Et Minervam, ô cariſſima, juratus
Etiam priùs jam ſæpe.

EX CONVIVATORIBUS.

1. *Suidas in ἀπέδραν.*

Deinde aufugi ſolus.

1. Ἀπέδρα] Citatur hujus vocis cauſâ, quæ eſt, ut volunt Grammatici, 1. perſona ſingularis Aoriſti primi, pro *ἀπέδρασα*.

EX ANNULO.

1. *Apud Athenæum* Lib. VI. p. 247.

—— domi cœnantem ſponſum,
Nec dote egentem invenimus.

2. *Suidas in voce ὑπηνέμια.*

—— ventoſum erat,
Sine ſemine maſculi.

3. *Ammonius de differentia Voc. in παιδίσκη.*

Quando quidem ita inſanus erat ille infelix,

racteres recenſet *Theophraſtus*: *ἐκδιδόντα αὐτῷ θυγατέρα τῷ μὲν ἱερεῖα, πλὴν τῶν ἱερείων, τὰ κρέα ἀποδίδοσθαι, ἐν τοῖς γάμοις οἰκοσίτους μισθώσασθαι: filiam ſuam collocantem mactata victima carnes, iis exceptis ex quibus fiunt ſacra, vendere, & ad miniſtrandum in nuptiis mercede conductos adhibere, qui ſuo quiſque cibo vejcantur.* Vide *Iſ. Caſaubonum* ad eum locum.

3. Ἀνεμιαῖον] Λ *Suida* profertur, ut oſtendat Atticos *ἀνεμιαῖον* vocare, quod *ὑπηνέμιον* vulgò ſolebat, ſeu ovum ſine Galli coitu conceptum. Vide doctiſſimum *Suidæ* interpretem ad *ἄνεμος* & *ὑπηνέμια*.

4. Τῷ *σπέρματος* &c.] Apud *Suidam* eſt *δίχα σπέρματος*. *Grotius*. Sed fortè hæc eſt explicatio ipſius *Suidæ*.

5. Ἐπεὶ δ' ἄνυς] Profert hæc *Ammonius*, ut probet apud Atti-

Digitized by Google

Ὡς οὐκ ἂν ἐκδοίη θυγατέρ' ἀσμένως,
Καὶ ταῦτα πεντήκοντα παιδίσκας ἔχων.

δ'.

Αὐτολήκυθοι.

cos παιδίσκας dictas liberas, παῖδας verò ſervas, quod vix ex his liquere crediderim. *Phrynichus* etiam ait ſuo ævo παιδίσκας dictas eſſe θεραπαίνας, at Veteres ea voce ſignificaſſe tantùm νεανίδας. Sed *Thomas* Magiſter veriùs, ut puto, παιδίσκας cenſet dictas & liberas, & ſervas.

8. Αὐτολήκυθοι] Vox obſcura, ut liquet ex *Harpocratione*, qui

ΕΚ ΤΟΥ ΔΑΡΔΑΝΟΥ.

α'.

Ἀνδρὸς πένητος υἱὸς ἐκτεθραμμένος
Οὐκ ἐξ ὑπαρχόντων, ὁρῶν ἠχύνετο
Τὸν πατέρα μικρ' ἔχοντα. παιδευθεὶς γὰρ εὖ
Τὸν κάρπον εὐθὺς ἔδιδε χάριτος καλόν.

β'.

Δρία παῖ. 5

γ'.

Ἡδύσμασι.

δ'.

Καὶ λαῖμα βακχεύει λαβὸν τὰ χρήματα.

In Titulum. Comœdiam hanc *Dardanium* vocant *Priſciani* Codices. *Dardanum Afranii* citat *Nonius*.

1. Ἀνδρὸς &c.] *Theon* hæc verba profert ſub finem Cap. IV. ubi agit de narratione, ut oſtendat Comicos ſolitos fuiſſe, ſingulis narrationis partibus, γνώμην ἐπιλέγειν, ut plauſum Theatri excitarent. *Nam ultimus*, ut putat, *verſus ſuperfluus eſt, & tantùm ad captandum ſpectatorum plauſum adhibitus:* ὁ γὰρ τελευταῖος στίχος ἐκ περιττῆς πρόκειται, θηρώμενος μόνον τὸν παρὰ τῶν θεατῶν ἔπαινον.

5. Δρια] Pro Δρίαν, ut obſervat *Priſcianus*.

6.

Digitized by Google

Ut filiam non libenter elocaret;
Idque cùm haberet quinquaginta ancillas.

4. *Harpocration in voce.*

Autolecythi.

quinque, aut ſex rationibus eam explicari docet; ut non conſtet an ſignificarit paratos ad omnia obeunda, vel pauperes, qui nihil habent præter Lecythum, vel manibus victum ſibi quærentes, vel ad plagas infligendas promtos, vel ad erogandam pecuniam faciles &c.

EX DARDANO.

1. *Apud Theonem Progymnaſm.* p. 63. Ed. Lugd.

VIri pauperis filius educatus
Ex iis quæ *pater* non habebat, videns erubuit
Patrem parva habere, bene enim eruditus
Egregium ſtatim reddidit beneficii fructum.

2. *Priſcianus* Lib. VI. *col.* 702.

O puer Dria.

3. *Erotianus in Lex. Hippoc. in voce.*

Dulciariis.

4. *Schol. Ariſtoph. Avium* ℣. 1562.

Et bacchatur guttur quod pecunias ſumſit.

6. Ἡδύσμασι] *Erotianus* probat ἡδύσματα dicta χλωρὰ καὶ ξηρὰ ἀρτύματα, *viridia & ſicca condimenta* apud Atticos, quod oſtendit auctoritate *Ariſtophanis*, *Eupolidis* & *Menandri* Dardano.

7. Καὶ λαῖμα &c.] Crediderim eſſe λαιμὸν, hoc eſt, *guttur*, & ſignificari hominem, qui, poſt abſumtam pecuniam epulis, indignabatur. Ideò ſcripſi λαβὸν, in neutro, non λαβὼν, ut legitur in *Ariſtophanis* Scholiaſte. Attamen putat ille ſignificari, ut apud Aſiaticos nonnullos, hac voce, impudentem & audacem hominem.

Digitized by Google

Αὐτῶν ἀκρασίαν, τοὺς πόδας καὶ γαστέρα
Οἰδοῦσιν· ἔπειτα σακκίον ἔλαβον, εἶς δ' ὁδὸν
Ἐκάθισαν αὐτοὶ ἐπὶ κόπρᾳ, καὶ τὴν Θεὸν
Ἐξιλάσαντο τῷ ταπεινῶσαι σΦόδρα.

δ'.

Ὅλολοι. 15

eamdem ſuperſtitionem reſpexit *Plutarchus* de ſuperſtitione T. II. p. 170. Τὴν δὲ Συρίαν Θεὸν οἱ δεισιδαίμονες νομίζουσιν, ἂν μανίδα τις ἢ ἀφύας Φάγῃ, τὰ ἀντικνήμια διισθάνειν, ἕλκεσι τὸ σῶμα πιμπλᾶναι, συντήκειν τὸ ἧπαρ. *Syriam verò Deam ſuperſtitioſi putant, ſi quis me-*

ΕΚ ΤΗΣ ΔΗΜΙΟΥΡΓΟΥ.

α'.

Τί τᾶτο παῖ; διακονικῶς, νὴ Δία,
Προελήλυθας. Β. Ναί· πλάττομεν γὰρ πλάσματα,
Τὴν νύκτα δ' ἠγρυπνήκαμεν· καὶ νῦν ἔτι
Ἀποίητα πάμπολλ' ἐςὶν ἡμῖν.

β'.

Αμνός. 5

In Titulum. Demiurgum *Turpilii* citat *Nonius*, quod Drama ex hoc tranſlatum eſſe potuit. *Suidas*: Δημιουργὸς ἐκάλουν καὶ τὰς νῦν λεγομένας ὑποσυμφοίδας, τουτέστι τὴν παρεσῶσαν τῇ νύμφῃ γυναῖκα, ὅθεν ἐσὶ καὶ Μενάνδρῳ Δημιουργός: *eo nomine vocabant fœminas, quæ nunc Hyponymphides dicuntur; id eſt, mulieres, quæ ſponſæ adſunt, unde & Menandro* Demiurgos. Similia habet Scholiaſtes *Ariſtophanis* ad Equites, ℣. 647. Qua de cauſa, repudiavimus ſententiam *Grotii*, qui Δημιουργὸν *libificam* vertit.

1. Τί τᾶτο &c.] Hunc locum profert *Athenæus*, poſtquàm dixit

mu-

Ipſorum intemperantiâ, pedibus & ventre
Tument; deinde ſaccum ſumunt, inque via
Sedent ipſi in ſtercore & Deam
Propitiant, dum *ſe* valde demittunt.

4. *Photius in Lexico MS.*

Superſtitioſi, *aut* ſtulti.

nam aut apuas edat ejus, crura corrodere, corpus ulceribus opplere, jecur colliquare. Hoc autem *Menandri* fragmentum, ut ad hanc Comœdiam referremus, effecit res ipſa; nam *Porphyrius*, ex qua Comœdia depromſerit, non dicit.

EX HYPONYMPHIDE.

1. *Apud Athenæum* Lib. IV. p. 172.

A. QUid hoc eſt, puer? miniſtri enim inſtar, per Jovem,
Proceſſiſti. B. Imò, fingimus enim opera piſtoria,
Noctémque evigilavimus, & nunc etiam
Nondum perfecta multa nobis ſuperſunt.

2. *Ex Polluce* Lib. X. c. 24. §. 102.

Mactra.

mulieres δημιουργὸς curaviſſe πλάσματα, ſeu *bellaria*, coquos verò ὀψαρτυτικὴν *obſoniorum parationem.*

Διακονικῶς] Hoc eſt, feſtinanter, ut ſolent ſervi, qui multis occupationibus diſtinentur, deproperandúmque aliquid habent.

2. Πλάσματα] *Opera piſtoria* ex re ipſa vertit *Jac. Dalecampius*, quid enim aliud fingere poſſent coqui?

3. Λαγὸς] Ita vocavit *Menander* Demiurgo τὴν κάρδοπον *mactram*, ut docet *Pollux.*

Digitized by Google

ΕΚ ΤΩΝ ΔΙΔΥΜΩΝ.

α'.

Συμπεριπατήσεις γὰρ τρίβων' ἔχω σ' ἐμοὶ,
Ὥσπερ Κράτητι τῷ Κυνικῷ ποθ' ἡ γυνὴ·
Καὶ θυγατέρ' ἐξέδωκε κεῖνος, ἔΦη
Αὐτὸς, ἐπὶ πείρᾳ δὲς τριάκονθ' ἡμέρας.

β'.

——— ὄρνεις Φέρων ἐλήλυθα.

γ'.

Ὄρνιθας ἀποσέλλει

δ'.

——— Πρὸς ταῖς δώδεκα
Δραχμαῖς, καὶ τριώβολον μέτοικος τελεῖ.

ε'.

Ἐκωμῳδοῦντο δὲ (Ποτάμιοι) ὡς ῥαδίως δεχόμενοι τὰς παρεγγράπτους, ὡς ἄλλοι τε δηλοῦσι, καὶ Μένανδρος ἐν ταῖς Διδύμαις.

In Titulum. Διδύμας hanc Comœdiam vocant Diogenis Codices, ſed cum *Harpocratione* & *Athenæo* Διδύμας vocavimus.

1. Συμπεριπατήσεις &c.] Reſpicit ad Hipparchiam Cratetis Cynici uxorem, quæ ταὐτὸν ἀναλαβοῦσα σχῆμα συμπεριῄει τἀνδρί, *ſumto eodem habitu, cum viro circuibat*, ut habet *Diogenes* Lib. VI, 97.

Καὶ θυγατέρ' ἐξέδωκε κεῖνος] Κεῖνος apud *Laërtium.* Grotius.

Ibidem. Eſt apud *Diogenem: καὶ θυγατέρ' ἐξέδωκε μαθηταῖς αὐτῶ, & filiam dedit diſcipulis ſuis.* Κεῖνος ἐπὶ πείρᾳ δὲς τριάκονθ' ἡμέρας, *illis dans ut experirentur triginta dies*; quaſi hic ſit verſus *Menandri*, reliqua verò verba *Laërtii*, ut & ſequentia ὡς αὐτὸς ἔΦη, *ut ipſe dicebat.* Sed mihi Grotiana conjectura perplacet. Μαθηταῖς αὐτῶ glоſſema ſunt, quæ abſunt è *Diogenis* Codice Regis Galliæ, æque editionibus Baſileenſi & Stephani. Alia conjiciebat *Sam. Petitus*,

ut

EX SORORIBUS GEMINIS.

1. *Apud Diogenem Laërtium* Lib. VI. §. 95. *in Cratete.*

MEcum ambulabis enim pallium tritum gerens,
Ut aliquando uxor cum Cratete Cynico;
Et filiam elocavit ille, ut dicebat
Ipſe, dans eam in triginta dies, ut periculum ejus fieret.

2. *Apud Athenæum* Lib. IX. p. 373.

—— Aves ferens veni.

3. *Ibid.*

Aves mittit.

4. *Suidas & Harpocration in voce* μετοίκιον.

—— Præter duodecim
Drachmas, & triobolum inquilinus ſolvit.

5. *Harpocration in* ποταμός.

In Comœdiis carpebantur Potamienſes, quaſi facilè acciperent adſcriptitios, ut cùm alii ſignificant, tum Menander in Geminis.

ut animadvertit *Menagius*, ſed conjector fuit parum felix.

5. Ὄρνεις] Hæc duo loca profert *Athenæus*, ut oſtendat ὄρνεις & ὄρνιθας plurali numero dici.

7. Πρὸς ταῖς &c.] Athenis μέτοικοι dicebantur *inquilini*, ſeu qui domicilium ſibi Athenis comparaverant. Ii ſolvebant urbi tributum, quod μετοίκιον vocabatur. Id duodecim drachmarum fuiſſe oſtendit, ex non uno ſcriptore, *Harpocration*, ad eam vocem, quibus ſubjicit *Menandrum*, Conſecrata, & Geminis, dicere præter duodecim drachmas triobolum ſolviſſe; quod ille ſuſpicatur Publicano perſolutum. Eadem habet *Suidas* ad eamdem vocem, niſi quod nomina Comœdiarum *Menandri* non profert. Vide ad Ἀνατιθεμένη.

In

ΕΚ ΤΟΥ ΔΙΣ ΑΠΑΤΟΥΝΤΟΣ.

α'.

Ὃν οἱ Θεοὶ φιλοῦσιν, ἀποθνήσκει νέος.

β'.

——— βελτιόρος ἡμετέραν, Δημέα,
Προκατέλαβες ὄρασιν.

γ'.

Οὐ Μεγάβυζος ἦν, ὅσις γένοιτο ζάκορος.

δ'.

——— Ἐμοὶ
Παράσχε, τὴν θύραν κόψας ἐγὼ καλῶ
Τιν' αὐτῶν.

In Titulum. Ad hanc Comœdiam reſpexiſſe puto *Galenum* de Nat. Fac. Lib. I. c. 17. Pariſ. Ed. T. V. p. 29. ubi de Eraſiſtrateis & Aſclepiadeis Medicis: ὁμοίως τοῖς ὑπὸ τῶν βελτίστου Μενάνδρου κατὰ τὰς Κωμῳδίας εἰσαγομένοις οἰκέταις, Δάοις δέ τισι καὶ Γέταις, οὐδὲν ἡγεμένοις φησὶ πεπράχθαι γενναῖον, εἰ μὴ τρὶς ἐξαπατήσειαν τὸν δεσπότην, ὥτω καὶ αὐτοὶ κατὰ πολλὴν σχολὴν ἀναίσχυντα τὰ σοφίσματα συνέθεσαν: *quemadmodum inducti in Comœdiis ab optimo Menandro ſervi, Davi quidam Getaque, qui generoſum nihil ſe feciſſe putant, niſi ter herum fefellerint: ſic hi, per multum otium, impudentia compoſuerunt ſophiſmata.* Vid. Addenda.

1. Ὃν οἱ Θεοὶ &c.] Præter *Plutarchum*, hunc verſiculum habent, ex *Menandro*, Scholiaſtes minor *Homeri* ad Odyſſ. O, 246. & *Euſtathius* in eumdem Poëtam, p. MDCCLXXXI, 2. Ed. Rom. Sed nomen Comœdiæ, ex qua verſus depromtus, addit *Stobæus* Tit. CXXI. Multa de re ipſa ſuppeditabit *Plutarchus*, in Conſolatione ad Apollonium. Vide p. 108. & 109. T. II. ubi Deorum teſtimonio probare conatur beatiſſimam eſſe mortem, quam nos præmaturam vocamus, nec opus eſt à nobis talia probari. Adi, ſi libet, & *Ciceronem* Tuſcul. Quæſt. Lib. I. c. 47. & 48. & ad eum commentarium

EX BIS FALLENTE.

1. *Apud Plutarchum Conſol. ad Apollon.* p. 119.

QUem Dii amant, is moritur juvenis.

2. *Ex Fulgentii Mythol.* Lib. III. c. 1.

—— Conſiliarie noſtram, Demea,
Præoccupaviſti viſionem.

6. *Ex Suida in ζάκορος.*

Non erat Megabyzus, qui fieret ædituus.

4. *Apud Suidam in ἀπόξα.*

—— Mihi
Adſta, pulſatâ januâ, ego voco
Aliquem illorum.

tarium doctiſſimi & elegantiſſimi *Joan. Daviſii.*

2. Βυληφόρος &c.] *Fulgentius* hæc adfert, ad confirmandum quod dixit *Homerus* Il. B, 24.

Οὐ χρὴ παννύχιον εὕδειν βυληφόρον ἄνδρα.

Si pleniorem locum noſtri adtuliſſet, meliùs quid vellet intelligeremus.

4. Οὐ Μεγάβυζος] Habet hunc quoque verſum *Photius* in Lexico. Probant hinc ζάκορον & νεωκόρον unum, eumdemque eſſe. Etymologici Magni Scriptor vult, apud Atticos & Æoles, ζὰ dici pro διὰ, ut ζάκορος ſit pro διάκορος. In Leucadia, eadem voce uſus erat *Menander. Megabyzi* verò dicebantur Sacerdotes Dianæ Epheſiæ, ut auctor eſt *Strabo* Lib. XIV. p. 641. Ἱερίας δ' εὐνύχους εἶχον, οὓς ἐκάλουν Μεγαβύζους, *habebant Sacerdotes eunuchos, quos vocabant Megabyzos.* Vide & *Frid. Taubmannum* ad Bacchides *Plauti* Act. II. Sc. III, 74.

5. Ἐμοὶ παράξα &c.] Habet hunc quoque locum Scholiaſtes *Ariſtophanis* ad Nubes, ℣. 132. ubi docet Atticos dixiſſe eos, qui extrinſecus pulſarent januam, κόπτειν, qui verò intrinſecus φορεῖν, quam in rem duo *Menandri* loca adfert.

Digitized by Google

ΕΚ ΤΟΥ ΔΙΦΙΛΟΥ.

α'.

Τὸν ὄντα πάντων κύριον γενικώτατον,
Καὶ πατέρα, τοῦτον διατέλει τιμᾷν μόνον,
Ἀγαθῶν τοιούτων εὑρετὴν καὶ κτίστορα.

1. Τὸν ὄντα &c.] Hunc locum adfert *Juſtinus* inter alios, qui opinioni Græcorum de Diis adverſantur.

Ibidem. Γενικώτατον] Poſtremam hanc vocem ex *Euſebio* addidimus, cùm apud *Clementem* legatur γνωμικώτατα· Et ſequente verſu pro διὰ τέλους poſui διατέλει, quia quod ſequitur τιμᾷν legitur libro de Monarchia pro τίμα. *Grotius.*

Ibidem. Mirum eſt à viro ſummo monitos hîc non fuiſſe Lectores, de re quam eos ſcire intererat; de varietate, nimirum, lectionis, quæ apud tres memoratos Patres occurrit. I. *Juſtinus* quidem diſertè habet: Καὶ Μένανδρος ἐν Διφίλῳ, quæ ſi vera eſt lectio, ſine dubio à *Menandro* Comœdia ſcripta eſt, cui Diphilo nomen erat. Verùm *Clemens* Alexandrinus Stromat. V. p. 611. prolato loco *Orphei*, in quo unus Deus eſſe adfirmatur, ſubdit: ᾧ πειθόμενος ὁ Κωμικὸς Δίφιλος γνωμικώτατα τὸν ὄντα πάντων φησὶ πατέρα· τοῦτον διὰ τέλους τίμα μόνον,

Ἀγαθῶν τοιούτων εὑρέτην καὶ κτίστορα.

ΕΚ ΤΟΥ ΔΥΣΚΟΛΟΥ.

α'.

Περὶ χρημάτων λαλεῖς ἀβεβαίων πράγματος,
Εἰ μὲν γὰρ οἶσθα ταῦτα παραμενοῦντά σοι

In Titulum. Videtur hanc Comœdiam vertiſſe *Plautus*, cujus exſtitit olim *Dyſcolus*, è qua pauca dumtaxat fragmenta ſuperſunt. Laudat hoc noſtri Drama *Julianus* in Miſopogone p. 63. Ed. Petavianæ. Οὕτω μὲν ἔγωγε ἐν Κέλτοις, καθὰ τὸν τοῦ Μενάνδρου Δύσκολον, αὐλοῦ ἐμαυτῷ πόνους προσετίθουν: *ad hunc modum ego apud Gallos, ſicut Menandri Dyſcolus, ipſe mihi labores addebam.* Δύσκολος, ut rectè animadvertit *Iſ. Caſaubonus* in Athenæum Lib. IV. c. 11. eſt moroſus homo, cui nihil placet, niſi quod ipſe faciat; imò ne illud quidem. Talis fuit olim, ut putat, Timon ille

oſor

EX DIPHILO *aut* DUARUM AMANTE.

1. *Apud Juſtin. de Monarchia Dei* p. 108.

EUm qui eſt omnium dominus qui ea maximè genuit,
Et pater, hunc conſtanter ſolum colito,
Cùm ſit talium bonorum inventor & conditor.

Cui credens Diphilus *Comicus*, *inſigni ſententiâ ait hunc eſſe omnium patrem :* Hunc ſemper honora ſolum bonorum tantorum inventorem & conditorem. In quibus verbis, ſi nullum ſit mendum Librariorum, aut peccatum memoriæ *Clementis*; hæc ſunt *Diphili* Comici celeberrimi, non *Menandri* in *Diphilo*. Locum certè exſcripſit *Euſebius* Præp. Evang. Lib. XIII. c. 13. totidem verbis, niſi quòd pro γνωμικώτατα habet, ut obſervavit *Grotius*, γενικώτατον. Nec quiſquam, præter *Juſtinum*, meminit Comœdiæ *Menandri*, quæ *Diphilus* vocaretur. Denique, in primo verſu, ſic habet *Juſtinus*:

Διόſι τὸν ὄντα κύριον πάντων ἀεὶ.

Attamen & titulum Comœdiæ retinuimus, ex ſententia *Joan. Meurſii* atque *Hug. Grotii*; &, ut poſterior cenſuit, verba concepta reliquimus; ſive ea ſint *Menandri*, ſive *Diphili*; quòd res eſſet paullò obſcurior. Multa autem invenientur, ab Ethnicis aut ſeriò, aut aliud agentibus prolata, de uno Deo, apud *Clementem* & *Euſebium*.

E MOROSO.

1. *Apud Joan. Stobæum* Fl. T. XVI.

DE divitiis loqueris, re parum firma;
Si enim tibi conſtat haſce remanſuras tibi

oſor & odium mortalium. Mores hominum hujusmodi deſcripſerat *Menander* hac fabulâ. *Libanius* quoque Rhetor hoc ipſum præſtiterat, integrâ oratione, quæ cùm Athenis recitata eſt miros tulit plauſus, ut in Epiſtolis ſcribit *S. Baſilius*. Hæc *Caſaubonus*. Δύσκολον re verâ *Athenæus* Lib. VI. p. 262. docet talem eſſe. Κόλον *alimentum*, unde βακόλος & δύσκολος, ὅς ἐστι, inquit, *δυσάρεστος καὶ στικτός*, *qui eſt moroſus & faſtidioſus*. Vide Declamationes *Libanii* VI. & XXXVI.

Εἰς πάντα τὸν χρόνον, Φύλαττε μηδενὶ
Ἄλλῳ μεταδιδὰς· αὐτὸς ὢν δὲ κύριος
Εἰ μηδ' ἑαυτῷ, τῆς Τύχης δὲ πάντ' ἔχεις,
Τί ἂν Φθονοίης, ὦ πάτερ, τέτων τινί;
Αὐτὴ γὰρ ἄλλῳ τυχὸν ἀναξίῳ τινὶ
Παρελομένη σε πάντα προσθήσει πάλιν.
Διόπερ ἐγὼ σέ Φημι δεῖν ὅσον χρόνον
Εἶ κύριος, χρῆσθαί σε γενναίως, πάτερ,
Αὐτὸν ἐπικρεῖν πᾶσιν, εὐπόρως ποιεῖν,
Ὡς ἂν δύνῃ πλείστοις, διὰ σαυτῷ, τοῦτο γὰρ,
Ἀθάνατόν ἐστι, κἂν ποτε πταίσας τύχῃς,
Ἐκεῖθεν ἔσαι ταὐτὸ τοῦτό σοι πάλιν.

β'.

——— Οὐδενὸς χρὴ πράγματος
Τὸν εὖ πονοῦνθ' ὅλως ἀπογνῶναι ποτέ.
Ἀλωτὰ γίγνετ' ἐπιμελείᾳ καὶ πόνῳ
Ἅπαντα.

γ'.

——— Οὐδὲ εἷς
Μάγειρον ἀδικήσας ἀθῶος διέφυγεν·

5. Εἰ μηδ' ἑαυτῷ] Ita nos sensum verbis reddidimus, nam vulgò εἰ δὲ μὴ σ' ἑαυτὸν, sed MS. ἑαυτῷ, & interpunctionem sustulimus post κύριος. *Grotius.* Hic ἑαυτῷ in secunda persona intelligendum, quasi esset σεαυτῷ, quod apud Atticos Scriptores sæpe occurrit.

8. Προσθήσει πάλιν] Quòd jam ea alii sublata homini indigno, quem filius alloquitur, dedisset.

12. Τοῦτο γάρ] Illa τοῦτο γὰρ ad versum, qui mutilus erat, supplendum ex sequenti retraximus, atque ibi post ἀθάνατον addidimus ἐστι. *Grotius.*

13. Ἀθάνατον] Quòd apud amicos veluti depositа sit pecunia, quam repetere liceat, si opus sit. Quò pertinet quod dicens inductus est Pompeius Magnus: *Hæc habeo quæcumque dedi.*

Πταίσας] In infortunium incideris, metaphorâ ductâ ab iis qui in lapidem offendunt, ideoque cespitant & propemodum cadunt. Ideò *Suidas* interpretatur προσκρούειν & adfert proverbium, μὴ πολλάκις πρὸς τὸν αὐτὸν λίθον πταίειν. Sic & *Eustathius* ait esse προσκόπτειν in Hom. MCCCCXXVI, 43. Exempla sunt frequentia.

16. Τὸν εὖ πονοῦνθ'] Sic scriptum à *Grotio*, & quidem rectè, cùm *Stobæus* hæc ad φιλοπονίαν retulerit; nam vulgò editur perperam

In omne tempus, cave ne ullum
Alium participem earum facias; at ipſe dominus
Si ne tui quidem ſis, ſed omnia habeas à Fortuna,
Cur, Pater, hæc cuiquam invideres?
Ipſa enim alii fortè cuipiam indigno,
Cùm à te abſtulerit, omnia iterum conferet.
Quare aio oportere te, tantisper dum *eorum*
Es dominus, generoſè iis uti, Pater,
Ipſum adjuvare omnes, locupletésque facere
Quàm plurimos poteris, per te; hoc enim
Immortale eſt, &, ſi quando fortè offenderis,
Illinc hoc ipſum tibi iterum erit.

2. *Ibid. Tit.* XXIX.

—— Rem nullam oportet
Gnaviter laborantem prorſus deſperare.
Conſequi poſſumus, curâ & labore
Omnia.

3. *Apud Athenæum* Lib. IX. p. 383.

—— Nemo,
Coquo injuriâ adfecto, impune abiit

ram εὖ ποιῶνθ', apud *Stobæum*.

17. Ἁλωτὰ] Hæc verba *incerto* Poëtæ tribuit *Grotius*; ſed cùm vix abſolutus eſſet ſuperiorum verborum ſenſus, ſequentia *Menandro* etiam tribuimus. Ἁλωτὰ autem dicuntur, vel *expugnabilia*, quæcumque fieri poſſunt; tranſlatione ſumtâ à locis munitis, quæ tametſi captu difficilia, tamen pertinaciore oppugnatione, aut obſidione capiuntur. Similem, eodem Titulo, loquutionem & ſententiam ex *Sophoclis* Oedipo adducit *Stobæus*:

—— τὸ ζητούμενον
Ἁλωτὸν, ἐκφεύγει δὲ τ' ἀμελούμενον.

Quod quæritur poteſt inveniri (capi) *fugit verò quod negligitur.* Non abſimilem γνώμην habet noſter in *Eunucho* & inter fragmenta incertarum Comœdiarum, fr. LX. Invenies & apud *Philemonem* in *Calumniam paſſo*.

19. Οὐδὲ εἰς &c.] Plenæ erant veteres Comœdiæ coquorum ineptiis, ut paſſim oſtendit *Athenæus*, & præſertim loco laudato & Lib. XIV, p. 659. Μάλιστα εἰσάγονται οἱ μάγειροι σκωπτικεί τινες, ὡς παρὰ Μενάνδρῳ ἐν Ἐπιτρέπουσι: *maximè inducuntur coqui quidam irriſores, ut apud Menandrum, in Arbitros eligentibus.*

Digitized by Google

Ἱεροπρεπής πως ἐξὶν ἡμῶν ἡ τέχνη. 20

δ'.

——— Ὡς θύσσι δ' οἱ τυμβωρύχοι,
Κοίτας φέροντες καὶ ταμνί', ἀχὶ τῶν Θεῶν
Ἕνεκ', ἀλλ' ἑαυτῶν· ὁ λιβανωτὸς εὐσεβὲς
Καὶ τὸ πόπανον· τᾶτ' ἔλαβεν ὁ Θεὸς ἐπὶ τὸ πῦρ
Ἅπαν ἐπιτεθέν· οἱ δὲ τὴν ὀπφῦν ἄκραν, 25
Καὶ τὴν χολὴν, ὀζᾶ τ' ἄβρωτα τοῖς Θεοῖς
Ἐπιθέντες, αὐτοὶ τ' ἄλλα καταπίνεσι.

ε'.

Τὸ Νυμφαῖον δ' ὅθεν προέρχομαι Φυλὴν
Ἰών.

21. Ἱεροπρεπής &c.] Docet in ſequentibus Athenæus, probátque ex antiquioribus Scriptoribus coquorum artem ſic prædicari, quia θυτικῆς ἦσαν ἔμπειροι οἱ παλαίτεροι μάγειροι, *rationis quâ ſacra fiebant periti erant antiquiores coqui.* Ipſum, ſi tuâ intereſt, vide. Exiſtimabat *Pet. Victorius*, V. L. Lib. XIX, 23. verba *C. Carbonis*, quæ *Cicero* profert in Oratore c. LXIII. imitationem eſſe Menandrianorum: *ô M. Druſe; patrem appello; tu dicere ſolebas, ſacram eſſe Rempublicam, quicumque eam violaſſent ab omnibus ei eſſe pœnas perſolutas.* Rei vero nugatoriæ, ut putabat, *Victorius*, ac levi, tribuit hoc, ut riſum ſpectatoribus moveret, venuſtiſſimus Græcorum Comicorum *Menander*. Videtur viro doctiſſimo gravis Romanus civis Græci Poëtæ ſententiam æmulatus eſſe; illincque tranſlatam, ubi minimè conveniebat, in ſuam ſedem comportaſſe; vel potiùs (hoc enim magis ei veri ſimile eſt) vetus aliquis Græcus Scriptor, antea illa, de Rep. loquens, uſus fuerat; unde, joci cauſâ, *Menander* eam ſumſit, ad ſtudiúmque tenue ac ſordidum tranſportavit. Ita cenſebat *Victorius*, quod argutius videbitur, cùm conſtet ex *Athenæo* cur coquus artem ſuam ſacram vocaret.

22. Ὡς θύσσι &c.] Hæc emendata ſunt ad mentem *Iſ. Caſauboni* ad *Athenæum* Lib. IV. c. 11. Irridet autem *Menander* ſacra facientes, non tam Deorum cauſâ, quàm ut ipſi convivarentur. Similem locum habemus *in Μέθῃ*.

25. Κοίτας φέροντες &c.] Κίστας. Sic *Caſaubonus* ad *Athenæum*, nam erat κοίτας & καὶ deerat. *Grotius.* Re verâ *Caſaubonus* primùm judicaverat ſcribendum κίστας, non κοίτας. Sed in additamentis ad calcem animadverſionum in *Athenæum*, ait veterem eſſe conſuetudinem, ſive errorem librariorum, ſcribere κοίτη pro κίστη & κοίτις pro κίστις, quod probat ex *Ptolemæo* Hephæſtionis F. & *Heſychio*. Quare

Etenim quodam modo ſacra eſt ars noſtra.

4. *Apud Athenæum* Lib. IV. p. 146. *Etym. M. in* ἱερὸν ὀσᾶν.

Ut ſacrificant ſepulcrorum effoſſores
Ciſtas ferentes & ſerias, non Deorum
Cauſâ, ſed ipſorum. Tus pium *eſt*
Et libum, hoc accipit Deus igni
Totum impoſitum. Illi verò ſummos lumbos
Et bilem, oſſáque quæ edi non poſſunt Diis *adolenda*
Cùm impoſuerunt *aris*, ipſi devorant reliqua.

5. *Ex Harpocratione*, *in* Φυλὴ.

Nymphæum unde progredior Phylam
Iens.

Quare reliquimus hîc κοίλας, quod idem eſt ac κίσας. Quin etiam *Suidas* & Etymologici Magni auctor Atticis hoc peculiare eſſe putabant, ut κοιλὶς dicerent, pro κιστὶς. Κοιλὶς Ἀτθικῶς ἡ μικρὰ κίστη, τὴν γὰρ κίστην κοίλην λέγουσι. Nihil ergo mutandum. De ciſtis autem, ut rectè *Caſaubonus*, loquitur Poëta, in queis deferre moris erat cibos; & ciſtæ adpoſitè conjunguntur cum σαμίοις, quod fuit Oenophori genus.

20. Τᾶτ' ἔλαβεν &c.] Hîc aliquid in verſu luxatum eſt, quod facilè emendari nequeat. *Porphyrius* de Abſtinentia Lib. II, 17. hanc particulam hujus loci recitat: ὁ λιβανωτὸς εὐσεβὴς καὶ τὸ πόπανον, Τᾶτ' ἔλαβεν ὁ Θεὸς ἐπὶ τὸ πῦρ ἅπαν τεθέν. *Clemens* verò Alexandrinus Lib. VII. p. 716. ſenſum loci profert, potiùs quàm verba: Μέναιδρος τε τὴν ὀσφῦν ἄκραν πεποίηκεν, τὴν χολὴν, ὀστέα τε ἄβρωτα, φησὶ, τοῖς Θεοῖς ἐπιτιθέντες αὐτοὶ τὰ ἄλλα ἀναλίσκουσι: *& Menander ſummos lumbos dixit, bilem & oſſa, quæ comedi nequeunt, Diis cùm impoſuerunt, ipſi alia abſumunt.* Quæ verba ſatis ſana eſſe non videntur. Qui ingenio & otio abundant, quærant quî emendari poſſint.

26. Καὶ τὴν χολὴν ὀστᾶ τ' ἄβρωτα.] Ejuſdem (*Caſauboni*) eſt pro ἴτ' ἐς τὰ βρώματα. Dux ad hanc emendationem *Clemens*, apud quem eſt ὀστέα τὰ ἄβρωτα. *Grotius.*

27. Καταπίνουσι] Laborat hîc verſus, licet ſenſus ſit optimus. Sed quomodo emendandus ſit vix, ſine Codicibus MSS. quiſquam dixerit. *Dalecampius*, eóque doctiores multò *Caſaubonus* & *Grotius* manum hinc abſtinuerunt.

28. Τὸ Νυμφαῖον &c.] Templum Nympharum. Profert hunc locum *Harpocration*, poſtquàm dixit Phylen eſſe pagum Tribûs Oeneïdis in Attica. Vide *ℵ*. 35.

Digitized by Google

ς'.

Εὑρηκὼς κἀγὼ τοῦτο τέχνην. 30

ζ'.

Τί Φῆς ἰδὼν; ἔνθεν γε πᾶς δ' ἐλευθερᾶν.
Ἀπῆλθες εὐθὺς ὡς βαχύ.

η'.

——— Σιωπῇ τοῦτ' τῷ Θεῷ
Οὐ δεῖ προσιέναι.

θ'.

Νομίζετ' εἶναι τὸν τόπον Φυλήν.

30. Εὑρηκὼς &c.] Hæc habet *Ammonius*, ut exemplum proferat τῦ εὑρίσκειν, in vulgari significatu.

31. Τί φῇς &c.] Idem protulit, ubi agit de differentia τῶν εὐθὺς, εὐθὺ & εὐθέως. Sed corrupta videntur.

33. Σιωπῇ τοῦτ' τῷ Θεῷ] Docet *Suidas* mulieres solitas esse huic

ΕΚ ΤΟΥ ΕΑΥΤΟΝΤΙΜΩΡΟΥΜΕΝΟΥ.

α'.

Οἴκοι μένειν χρὴ, καὶ μένειν ἐλεύθερον,
Ἢ μηκέτ' εἶναι τὸν καλῶς εὐδαίμονα.

β'.

Λυτρὸν, θεραπαίνας, ἀργυρώματα.

γ'.

Μετ' ἄριστον γὰρ ὡς ἀμυγδαλὰς ἐγὼ
Παρέθηκα, καὶ τῶν ῥοιδίων ἐτρώγομεν. 5

In Titulum. *Galenus* in Lib. *Hippocratis* de articulis ad text. LI. postquàm ostendit, apud *Hippocratem*, τιμωρέειν esse *auxiliari*, subdit: διαφέρει γὰρ τὸ τιμωρῶν τῷ τιμωρούμενος, ὃ, μετὰ τῆς αἰτιακῆς πτώσεως, σημαίνει τὸ κολάζον. οὕτως γὰρ καὶ ἑαυτοντιμορούμενος ἐπιγέγραπται τὸ Μενάνδρου δρᾶμα. *Differunt enim* τιμωρῶν *à* τιμωρούμενος, *quod cum accusativo casu punientem significat, unde inscripta est Menandri fabula Heautontimorumenos.* Versam à *Terentio* habemus, ut minùs Græcæ fabulæ jacturam doleamus.

1. Οἴκοι μένειν &c.] Sensus est, non posse beatè quemquam vivere, nisi in patriâ & liberum, quæ si desint, satius esse mori. Imita-

6. *Ammonius de Diff. Voc. in* εὑρεῖν.

Inveni etiam ego hujus artem.

7. *Ibid. in* εὐθὺς.

Quid ais vidisse te? inde quivis manumittens.
Statim abibas, quàm celerrimè.

8. *Suidas in* πανικῷ δέλματι.

—— Silentio ad hunc Deum
Non oportet accedere.

9. *Scholiastes Aristoph. in Archanens.* ℣. 1022.

Credite esse hunc locum Phylam.

Deo ἑορτάζειν μετὰ κραυγῆς, *festum celebrare cum clamore*, quod confirmat hisce verbis.

35. Νομίζετ' &c.] Adfert Scholiastes ad illustranda *Aristophanis* verba, in quibus hujus pagi, aut δήμου meminit.

EX SE PUNIENTE.

1. *Apud Joan. Stobæum Tit.* XXXIX.

DOmi remanere oportet & remanere liberum,
Aut desinere esse, cum qui verè beatus sit.

2. *Athenæus* Lib. VI. p. 231.

Balneum, ancillas, argentea vasa.

3. *Ibidem* Lib. XIV. p. 651.

Post prandium enim, cùm amygdalas ego
Adposui, & mala punica adrosimus.

mitatio est *Æschyli*, cujus hos versus in eodem Titulo legimus:

Οἴκοι μένειν δεῖ τὸν καλῶς εὐδαίμονα,
Καὶ τὸν κακῶς πράσσοντα καὶ τοῦτον μένειν.

Domi manere oportet verè felicem, & adversis jactatum manere etiam oportet.

3. Λυτρὸν &c.] Hæc citat *Athenæus*, ubi de vasorum argenteorum usu agit.

4. Μετ' ἄριστον &c.] Profert *Athenæus*, ut ostendat ab Atticis mala Punica dicta ῥοΐδια.

Digitized by Google

δ'.

Ἐξ *Ισαρίθ ἐκρέματο Φιλοπόνως πάνυ.*

ε'.

——— *καὶ θεραπαινὶς ἦν μία.*
Αὕτη συνύφαινεν ῥυπαρῶς διακειμένη.

ς'.

Καλὸν

Οἱ νόμοι σΦόδρ' εἰσιν, ὁ δ' ὁρῶν τὰς νόμους
Λίαν ἀκριβῶς, συκοΦάντης μοι Φαίνεται.

6. Ἐξ *ἰσαρίθ* &c.] Hæc habet *P. Victorius* ex libro *Angeli Politiani*, qui adscripserat margini, non ex ingenio, ut videtur, sed ex fragmento Græco *Menandri*, quod alicubi repererat.

7. Καὶ *θεραπαινὶς*] Hoc indidem petitum est.

9. Καλὸν &c.] Non citatur apud *Stobæum* nomen Comœdiæ, ex qua hoc depromtum; nos tamen ad hanc retulimus, quòd hujus sententiæ sensum expresserit *Terentius* Act. IV. Sc. V, 48. his verbis: *jus summum sæpe summa malitia est*; ad quæ vide Interpretes. Mul-

ΕΚ ΤΟΥ ΕΓΧΕΙΡΙΔΙΟΥ.

α'.

Οὐδέ ποτ' ἂν ᾠμην. ἡ Τύχη δ', ἅπαντά τε
Τὰ μηδὲ προσδοκώμεν' ἔκστασιν Φέρει.

β'.

Οὐκ ἔστιν εἰπεῖν ζῶντα, τοῦτ' ὃ πείσομαι.

In Titulum. Cl. Salmasius Animadvers. in *Epictetum* & *Simplicium* p. 6. multis ostendit ἐγχειρίδιον nomen esse adjectivum, quod sonat quidem quidquid est *ad manum*, sed pro substantivo, quod subauditur, varia significat, & quando ξίφος, *pugionem*, quod frequenter fit. Eum adi, si opus sit.

1. Οὐδέ ποτ' &c.] Ita sensum restitui, cùm esset ἄπιθεν ἂν ᾠμην ἡ Τύχη, καὶ πάντα δέ. *Grotius.*

2. Ἔκστασιν Φέρει] Propriè ἔκστασις est ea animi adfectio, quâ de statu dejicitur. Sed significat & maximum stuporem, quo attoniti simus, vel etiam ipsam alienationem mentis. *Suidas*: ἔκστασις θαυμασ-

4. *Apud P. Victorium Var. L.* Lib. IX. c. 15.

E tela ſtudioſiſſimè pendebat.

5. *Ibidem.*

—— Ancilla erat una,
Ipſa unà texebat ſordidè veſtita.

6. *Apud Stobæum Fl. Tit.* XLIV.

Pulcra res
Admodum leges ſunt, ſed reſpiciens leges
Nimis accuratè, calumniator mihi videtur.

ta ſunt legum, minimè abrogatarum, capita, quæ tamen nimis urgeri, ſine calumnia, non poſſunt; cùm ratio haberi debeat æquitatis, quæ & animum Legiſlatoris ſæpe magis ſpectat, quàm verba, & circumſtantias etiam rei expendit. *Modeſtinus* Tit. de Legibus l. 25. *Nulla juris ratio, aut æquitatis benignitas patitur ut quæ ſalubriter pro utilitate hominum introducuntur, ea nos duriore interpretatione, contra ipſorum commodum, producamus ad ſeveritatem.* Qua de re, multa dici poſſent, multa exempla adferri, quæ omitto.

E PUGIONE.

1. *Apud Joan. Stobæum Tit.* CIV, & CXII.

NUmquam credidiſſem. Fortuna & omnia, (ferunt.
Quæ non exſpectabantur, mentis alienationem ad-

2. *Ibid. Tit.* CXII.

Non licet dicere vivo, hoc mihi non continget.

μασμὸς καὶ ἀλλοίωσις. Sic & Tit. CXII. Vide ad Adelph. fr. 14.

3. Οὐκ ἔστιν &c.] *Plutarchus* Lib. de tranquillitate animi T. II. p. 476. Πολλοὶ καὶ τὸ τῦ Μενάνδρε παρρήκασιν, οὐκ ἔστιν εἰπεῖν ζῶντα, τῦτ' ἀ πείσομαι, ἀγνοῦντες ὅσον ἐστὶ πρὸς ἀλυπίαν ἀγαθὸν τὸ μελετᾶν καὶ δύνασθαι πρὸς τὴν Τύχην ἀντωγόσι τοῖς ὀφθαλμοῖς ἀντιβλέπειν. *Multi ad hoc Menandreum expaveſcunt:* non licet vivo dicere: hoc non patiar; *ignorantes quantum ſit, ad vacuitatem doloris, bonum, meditari ac poſſe apertis oculis Fortunam contrà intueri.* Multa ibidem hanc in rem habet. Vide Androgyni ℣. 3. Occurrit iterum hic verſus in *Xenologia.*

γ'.

Τῦ δ' ἄρα ὁ Κωρυκαῖος ἠκροάζετο.

δ'.

Πῖε —— πιεῖν ἀναγκάσω
Τὴν ἱερόσυλον πρῶτα.

ε'.

Ὑπὲρ ὄνυ σκιᾶς.

4. Τῦ δ' ἄρα &c.] Hoc eſt, res prodetur, aut prodita eſt ab aliquo qui audivit. Originem proverbii vide apud *Suidam*. Id etiam *Photius* & *Zenobius* habent ex *Menandro*.

5. Πῖε &c.] Teſtatur illic *Athenæus* noſtrum dixiſſe πῖε διαυλλάβως, tum ſequentia verba addit. Hæc verba poſſent adhiberi in hiſtoria ſimili ei, quæ de Grypo Syriæ Rege narratur, qui matrem

ΕΚ ΤΟΥ ΕΛΕΓΧΟΥ.

Ἀφθόνιος, ἐν ὅρῳ Ἠθοποιίας. c. 21.

Προσωποποιία ὅταν ἅπαντα πλάττηται, καὶ ἦθος, καὶ πρόσωπον· ὥσπερ ἐποίησε Μένανδρος Ἔλεγχον.

Θέωνος, ἐν Προγυμνάσμασι, p. 19.

Προσωποποιίας τὶ ἕιη παράδειγμα κάλλιον τῆς Ὁμήρυ ποιήσεως, καὶ τῶν Πλάτωνος, καὶ τῶν ἄλλων Σωκρατικῶν διαλόγων, καὶ τῶν Μενάνδρυ δραμάτων;

α'.

—— Ἔλεγχος γὰρ Θεὸς
Τῇ Παῤῥησίᾳ, τῇτ' Ἀληθείᾳ Φίλος.

In Titulum] Videtur *Menander* Ἔλεγχον perſonam in hac fabula feciſſe. Sic priùs *Æſchylus*, in Prometheo vincto, Κράτος καὶ Βίαν cum Vulcano colloquentes induxit. Plenus etiam eſt *Lucianus* ejuſmodi Proſopopœis. Subdit *Aphthonius* verbis prolatis. Ὁ γὰρ Ἔλεγχος πρᾶγμά μέν, ὑ μὴν ἔξι καὶ πρόσωπον· ὅθεν καὶ προσωποποιία προσαγορεύεται. *Argumentum res quidem eſt, ſed non perſona, idcóque Proſopopœa dicitur.* Idem colligere licet ex initio Pleudologiſtæ *Luciani*, qui nos docet Prologum hujus Fabulæ egiſſe Deum Ἔλεγχον.

1.

Suidas in Κωρυκαῖος.

Hunc ergo audivit Corycæus.

4. *Athenæus* Lib. X. p. 446.

Bibe —— bibere cogam
Sacrilegam priùs.

5. *Zenobius in hoc proverbio cent.* VI, 28. *& Schol. in Vespas Aristoph.* ỳ. 191.

De umbra asini.

venenatum poculum præbentem priorem bibere jussit. Vide *Justinum* Lib. XXXIX, 2.

7. Ὑπὲρ ὄνου σκιᾶς] Hoc est, de re nihili. Historiam unde natum proverbium narrat *Zenobius*, postquàm exstare in hac fabula dixit. Historiam eamdem habet *Suidas*, at nostri non meminit.

EX ARGUMENTO.

Aphthonius in definit. imitationis morum c. XXI.

PRosopopœa *dicitur*, cùm omnia finguntur, & mores & persona, ut fecit Menander Argumentum.

Theon in Progymnasm. p. 19.

Prosopopœæ quodnam esse queat pulcrius exemplum Poëti Homeri, Platonis, aliorúmque Socraticorum dialogis & Menandri Dramatibus?

5. *Apud Lucianum in Pseudologista* p. 888. Ed. Par.

—— Argumentum enim Deus
Libertati loquendi & Veritati amicus.

1. Ἔλεγχος] *Luciani* hæc sunt verba: παρακλήσεως ἡμῖν τῶν Μενάνδρου προλόγων εἷς ὁ Ἔλεγχος φίλος Ἀληθείᾳ καὶ Παῤῥησίᾳ Θεός, εἰκὸ ὁ ἀσημόταλος τῶν ἐπὶ τὴν σκηνὴν ἀναβαινόντων: *invocandus nobis est unus Prologorum Menandri* Argumentum, amicus Veritatis & Libertatis in loquendo Deus, *non obscurissimus eorum qui in scenam adscendunt.* Hinc *Menandri* verba desumsimus. Videtur eum imitatus *Lucianus* in Piscatore, sive Reviviscentibus, ubi Ἔλεγχος est Persona, quæ Philosophiam, cum Veritate, Ingenuitate, Libertate in loquendo & aliis comitatur.

1.

Digitized by Google

ΕΚ ΤΗΣ ΕΜΠΙΠΡΑΜΕΝΗΣ.

α'.

Τὸ σὸν ταπεινὸν, ἂν σὺ σεμνύνῃ, καλὸν
Ἔξω φανεῖται, φίλ' ἄνερ, ἂν δ' αὐτὸς ποιῇς
Ταπεινὸν, αὐτὸ καὶ τίθης ἐν μηδενὶ,
Οἰκεῖος ὄντος καταγέλως νομίζεται.

β'.

——— Τρία γάρ ἐστι, δέσποτα,
Δι' ὧν ἅπαντα γίνεται, ἢ κατὰ νόμους,
Ἢ ταῖς ἀνάγκαις, ἢ τρίτον γ' ἔθει τινί.

γ'.

Ὡς ἀγαθὸν ἐστι πρᾶγμα τὸ γενέσθαι τινὸς
Πατέρα.

δ'.

——— Ἐξώλης ἀπόλοιθ' ὅστις ποτὲ
Ὁ πρῶτος ἦν γήμας, ἔπειθ' ὁ δεύτερος,
Εἶθ' ὁ τρίτος, εἶθ' ὁ τέταρτος, εἶθ' ὁ μεταγενής.

ε'.

——— Καὶ νῦν ὑπὲρ
Τούτων συνάγουσι κατὰ μόνας ———
Ἐπλήρωσέν τε τὸ συναγώγιον,

1. Τὸ σὸν ταπεινὸν &c.] Verba modesta, si quis ceteroqui graviter & ut decet virum magnanimum se gerat, utilia sunt; sed si abjecti animi factis indicia edat, semet ipse humilia loquens deprimere meritò censetur.

1b. Ἂν σὺ σεμνύνῃς] Nostra emendatio. Vulgò ἂν ὑ contra sensum & versum. Pro ὑ legebat *Gesnerus* γέ.

4. Οἰκεῖος ὄντος] Quod hic in *Stobei* Codicibus sequitur, τὸ γὰρ προθύμως μὴ πονῆσαν εὐτύχησεν, neque hic quid faciat video, neque aut sensus satis, aut versus constat. Itaque omisimus. *Grotius.* Idem censuerat & *Conr. Gesnerus.*

7. Ἢ τρίτον γ' ἔθει τινί.] Addimus γ' illud. Respexisse autem videtur hanc *Menandri* sententiam *Modestinus*, cujus fragmentum exstat titulo de Legibus. *Grotius.* Verba Modestini sunt è Lib. I. Regula-

EX INCENSA.

1. *Apud Joan. Stobæum Fl. Tit.* XXII.

MOdeſtia tua, ſi modò ſis gravis, pulcra
Extrinſecus videbitur; ſi verò ipſe facias, mi vir,
Te humilem, idque flocci facias,
Domeſticus is contemtus exiſtimatur.

2. *Ibidem Tit.* XLIII.

—— Tria enim ſunt, here,
Per quæ omnia fiunt, aut ſecundùm leges,
Aut neceſſitate, aut tertiò conſuetudine quadam.

3. *Ibid. Tit.* LXXV.

Quàm bona res eſt eſſe alicujus
Patrem!

4. *Apud Athenæum* Lib. XIII. p. 559.

Pereat prorſus quiſquis aliquando
Primus duxit uxorem, deinde ſecundus,
Tum tertius, exin quartus, pòſt ſequens.

Apud eumdem Lib. VIII. p. 365.

—— Et nunc propter
Hos convivantur privatim ——
Implevitque convivium.

gularum: *Ergo omne jus aut conſenſus fecit, aut neceſſitas conſtituit, aut firmavit conſuetudo.*

9. Πατέρα] Initium feci verſûs novi. *Grotius.*

12. Εἶθ' ὁ μεταγενὴς] Hic quidem non eſt finis Senarii & aliquot ſyllabæ abundant. Sed quis emendare ſine libris poſſit? Ex hoc & ſimilibus multis fragmentis aliisque aliorum Comicorum, quorum multa adfert *Athenæus*, loco laudato, ut & ex *Euripide* Atticas mulieres liquet non fuiſſe matres familias, quæ viros ſuos bearent. Hoc fragmentum non habuit *Grotius*, uti nec ſequens.

13. Καὶ νῦν ὑπὲρ &c.] Adfert hæc verba *Athenæus*, ut oſtendat συνάγειν eſſe *compotare* & συναγώγιον *convivium*. Quæ poſterior vox etiam ab *Heſychio* explicatur συμπόσιον. Vide *Iſ. Caſaubonum* ad *Athenæum* Lib. VIII. c. 16.

Digitized by Google

ΕΚ ΤΟΥ ΕΠΑΓΓΕΛΛΟΜΕΝΟΥ.

α'.

Ἐφ' ᾧ Φρονεῖς μέγιζον, ἀπολεῖ τοῦτό σε,
Τὸ δοκεῖν τιν' εἶναι, καὶ γὰρ ἄλλης μυρίας.

β'.

Τοῖς ἀναιδέσιν βοηθεῖ γὰρ λόγοις τοῦθ' ἓν μόνον,
Ἂν βραχεῖς αὐτὸς ποιῇ τις, τόν τε καιρὸν εὖ λάβῃ.

γ'.

—— Τὰ γὰρ τολμηρὰ τῶν ὄχλων, ἔχει
Ἐν τοῖς λογισμοῖς μὲν ἐπιδείξεις δυσκόλους,
Ἐν τῷ δὲ πράττειν, ἂν λάβῃ τὸν καιρὸν εὖ,
Ἀπροσδόκητον τὴν τέχνην ἐξεύρατο.

δ'.

Εἰς τὸ δέον.

1. Ἐφ' ᾧ Φρονεῖς &c.] Alias ſimiles ſententias non aliorum tantùm, ſed & ipſius *Menandri* invenies in eo *Stobæi* Titulo, quæ ſuis locis ſunt hîc quoque prolatæ.

6. Ἐν τοῖς λογισμοῖς &c.] Hoc eſt, multitudo in deliberationibus eorum, quæ fieri oporteat, rationes difficulter reddit, nec poteſt

Digitized by Google

E SPONSORE.

1. *Apud Joan. Stobæum. Flor. Tit.* XXII.

QUia maximos ſpiritus geris, hoc perdet te,
Quod videaris tibi aliquis eſſe, nam & ſexcentos alios
2. *Ibid. Tit.* XXXV. (*perdidit.*
Impudentes ſermones hoc unum juvare queat,
Si quis breves eos fecerit & tempus bene elegerit.
3. *Ibid. Tit.* LI.
—— audax multitudo habet
In ratiocinationibus difficiles demonſtrationes;
In agendo verò ſi bene tempus elegerit,
Inopinatam artem invenerit.
4. *Suidas in verbis Græcis.*
In id quod neceſſe erat.

oſtendere quî quidpiam bene ſit ceſſurum; ſed multa feliciter expedit, ſi in tempore agat.

9. Εἰς τὸ δέον] *Suidas Ariſtophanis* exemplum adfert, additque cùm in hac fabula, tum alibi hac uſum loquutione noſtrum.

Digitized by Google

ΕΞ ΕΠΙΚΛΗΡΟΥ

πρώτης καὶ δευτέρας.

α'.

——— Ἢ δεῖ ζῆν μόνον,
Ἢ πατέρα παίδων ἀποθανεῖν γεννωμένων;
Οὕτω τὸ μετὰ ταῦτ' ἐςὶ τῷ βίῳ πικρόν.

β'.

Οὔπω σοι πεπίςευμαι.

γ'.

——— Ἀλεκτρύων τις ἐκεκράγει μέγα.
Οὐ σοβήσετ' ἔξω, Φησὶ, τὰς ὀρνίθας
Ἀφ' ἡμῶν; ———
Λύτη ποτ' ἐξεσόβησε τὰς ὄρνεις μόλις.

In Titulum. Veteres Comici interdum geminas Comœdias eodem titulo fecerunt, quæ postea appellationibus *prioris* & *posterioris* distinctæ sunt. Sic & ab *Aristophane* conscripta est duplex fabula, nomine *Pluti*, quarum altera *prior*, altera *posterior* dicebatur; ex quarum utraque conflata videtur ea quæ ad nos pervenit, ut eruditè animadvertit *Lud. Kusterus*, ad titulum pulcherrimæ Editionis *Aristophanis*, cui nondum colophon erat impositus, cùm hæc scriberemus. Hanc quoque Latini expressisse videntur, nam Epicleros quidem *Turpilii* citatur à *Prisciano*, Dotata verò *Nigidii* & *Pomponii* à *Nonio*. Hæc Comœdia *Menandri* laudata est non à Græcis tantùm, ex quibus desumta sunt fragmenta, sed etiam à *Quintiliano* Lib. X. c. 1. his verbis, ubi *Menandro*, quasi utilissimo eloquentiæ comparandæ cupidis, laudato, sic loquitur: *Nec nihil profectò viderunt, qui orationes, quæ* Charisii *nomine eduntur*, à Menandro *scriptas putant. Sed mihi longè magis orator in opere suo probari videtur, nisi forte aut illa mala judicia quæ Epitrepontas, Epicleros, Locros* (malim nominativo, *Epitrepontes, Epicleros, Locri*) *habent, aut meditationes in* * *Psophode & Nomotheta & Hypobolimæo, non omnibus oratoriis numeris sunt absolutæ.* De significatione vocis ἐπίκληρος vide ad Plocium.

1

* *Malè legitur* Psophoda.

EX ORBA

priore & posteriore.

1. *Apud. Joan. Stobæum Tit.* LXXVI.

—— Aut vivere oportet solum,
Aut mori patrem genitorum liberorum,
Usque adeò amarum est quidquid postea est vitæ!

2. *Priscianus* Lib. XXIII. *col.* 1198.

Nondum mihi credidisti.

3. *Apud Athenæum* Lib. IX. p. 373.

—— Quidam gallus vehementer glocitaverat.
Annon foràs expelletis, inquit, gallinas
A nobis?
Hæc aliquando vix expulit gallos.

1. Ἢ δεῖ ζῆν μόνον] Sequor ita hæc digerentem *Salmasium*. Vulgò erat: ἢ μόνον δεῖ ζῆν, ἢ παίδων γενωμένων πατέρα ἀποθανεῖν ἄτω &c. *Grotius*.

3. Τὸ μετὰ ταῦτ'] Videtur nescio quid hîc esse corruptum, nisi fortè hoc velit *Menander*; postquàm decreveris cœlibem vitam agere, aut duxeris uxorem, quidquid est ævi reliquum id amarum esse; unde colligeret quispiam infelicem esse gentem humanam, quodcumque vitæ iter elegisset. Quam in rem multa à Veteribus dicta sunt, qualia sunt hæc Anthol. Lib. I. c. 13.

—— ἔχεις γάμον; ὦ κακοδαίμων
Ἔσσεαι· ἢ γαμέεις; ζῆς ἔτ' ἐρημότερος.

Tέκνα πόνοι· πήρωσις ἄπαις βίος. Duxisti uxorem? non sine anxietate eris. Non ducis? vives adhuc magis destitutus. Liberi sunt labores, & vita sine liberis mutila.

4. Πεπίστευμαι] *Creditus sum tibi*, hoc, est à te.

5. Ἀλεκτρυών &c.] Hæc verba ex prima Epiclero profert *Athenæus*, ut ostendat ὄρνιθας fœminino genere dici interdum *gallinas*, quamvis alioqui Veteres quasvis aves eà voce significarent. Multa loca hanc in rem adducit. Eum sequitur *Eustathius* in *Homerum* p. MCCCCXL, 50. Ed. Rom. ubi etiam *Menandri* verba citantur.

Digitized by Google

δ'.

Ἆρ' ἐςὶ πάντων ἀγρυπνία λαλίςατον;

ε'.

Ἐμὲ γᾶν ἀναςήσασα δευρὶ προάγεται.
Λαβεῖν ἀπ' ἀρχῆς πάντα τὸν ἐμαυτῆ βίον.

ς'.

Θρᾶκες ὄρνια ἂν ἐπίςανται.

ζ'.

Ὄρον.

9. Ἆρ' ἐςὶ &c.] Adfert hæc *Theon*, ut oſtendat dubitationem, qualis hic eſt, eodem modo efferri ac interrogationem. Idem poſtea hæc verba iterum citat, quaſi ſententiam, quæ præcedit narrationem ſequentem, cujus initium ſunt duo ſequentes verſiculi. Inſomnia autem dicitur hic eſſe λαλίςατος, quòd qui unà vigilant tempus ſermonibus fallant.

12. Θρᾶκες &c.] Suidas: ταύτης μέμνηται Μένανδρος ἐν τῇ πράτῃ (adde Ἐπικλήρῳ, quamvis etiam apud *Zenobium* hæc vox omiſſa

ΕΚ ΤΩΝ ΕΠΙΤΡΕΠΟΝΤΩΝ.

α'.

——— Οὐκ οἰμώξεται
Καταφθαρεὶς ἐν ματρυλλείῳ τὸν βίον;

In Titulum. *Harpocration* in ἐπιτροπὴ poſtquàm oſtendit apud *Demoſthenem* ἐπιλῆξιν eſſe *eligere arbitros*, quibus litem diſceptandam committas, ἀνὶ τοῦ διαιτητὰς αὐτοῖς αἱρεῖσθαι, ὅθεν καὶ Μενάνδρου δρᾶμα Ἐπιλῆξοντες, *unde*, inquit, *Menandri fabula, Arbitros eligentes.* Vide fragm. 7. Præter eos, qui fragmenta protulerunt, citatur à *Quintiliano* Lib. X. c. 1. cujus verba adtulimus ad Epicleron, & *Apollinari Sidonio* Ep. 12. Lib. IV. qui ſimilis argumenti ac Terentianam Hecyram fuiſſe docet: *Nuper ergo*, inquit, *filiúsque communis Terentiana Hecyra ſales ruminabamus. Studenti adſidebam, natura meminens & profeſſionis oblitus. Quóque abſolutius rythmos Comicos incitatâ docilitate ſequeretur* Epitrepontem Menandri *in manibus habebam.* Felices Gallos illius

xta-

4. *Theon in Progymnaſm.* pag. 65.

Eſtne inter omnia quidquam loquacius vigiliâ?

5. *Ibid.* p. 65.

Me igitur excitatum huc producit
Ut revocem ab initio totam meam vitam.

6. *Zenobius* Cent. VI, Pro. 32. *& Suidas.*

Thraces fœderum ſunt neſcii.

1. *Ex Harpocration in voce.*

Lignum quo calcatam uvam premunt.

ſit) λέγει γὰρ ὅτι ἐν ταύτῃ τῇ γῇ πρεσβεύς τις ἀκοντισθεὶς διὰ τῶν στέρνων ἀπώλετο, καὶ ἐντεῦθεν Ἴωσι καὶ Αἰολεῦσιν αἴτιγμα ἐγένετο: *Hujus meminit Menander, in prima* Epiclero, *ait enim in hac terra legatum, jaculo per pectus acto, periiſſe & inde Ionibus & Æolibus proverbium eſſe factum.* Similia apud *Zenobium* leguntur, niſi quod vitioſe habeant Codices πρεσβύτατος pro πρεσβεύς τις.

Ὄρον] *Harpocration* hoc ſenſu ſuſpicatur occurrere ὅρον in *Æſchyli* Cercyone, & in *Menandri* ſecunda Epiclero.

EX ARBITROS ELIGENTIBUS.

1. *Ex Harpocratione & Suida in voce* ματρυλλεῖον.

—— non flebit,
Corruptâ vitâ in lupanari?

ætatis, quibus *Menandrum* legere licuit! *Alciphron* etiam hujus Comœdiæ in Epiſt. Glyceræ meminit. In hac quoque dicaces coquos induxerat Poëta, ut docet *Athenæus* Lib. XIV. p. 659. Μάλιστα δὲ, εἰσάγονται μάγειροι σκωπτικοί τινες, ὡς παρὰ Μενάνδρῳ ἐν Ἐπιτρέπουσι. Malè in ſingulari ἐπιτρέπων, deteriùs ἐπιτροπεὺς à Scholiaſte *Ariſtophanis* dicitur. Demandata *Cæcilii* laudat *Nonius*, quæ fabula an huc faciat neſcio. *Grotius* etiam *Mandatores* verterat, ſed perperam, ut ex allato *Harpocrationis* loco intelligere eſt.

1. Οὐκ οἰμώξεται] Proferunt *Suidas* & *Harpocration*, ſed hic emendatiora, cùm corrupta ſint apud *Suidam*; ut oſtendant uſum vocis ματρύλλιον, aut ματρυλλεῖον, quæ *lupanar* ſignificabat. Eos vide.

Digitized by Google

β'.

——— Ἐξετύφην μὲν ὄν
Κλαίουσα.

γ'.

Ἀργὸς δ' ὑγιαίνων, τῶ πυρέττοντος πολὺ
Ἀθλιώτερος, διπλάσια γὰρ ἐσθίει μάτην.

δ'.

Ἐλευθέρῳ γὰρ τὸ καταγελᾶσθαι πολὺ
Ἀΐσχιόν ἐςι. τὸ δ' ὀδυνᾶσθ' ἀνθρώπινον.

ε'.

Εἰσειμι πρός σε. Κείνην λέγεις, ἄρτι γὰρ νοῶ.

ς'.

Ἐχῖνος καινός.

ζ'.

——— Ἐπιτρεπτέον
Τινὶ ἐςι περὶ τούτων.

η'.

Ἐπέπας' ἐπὶ τὸ τάριχος ἅλας, ἂν ὕτω τύχῃ.

3. Ἐξε]τύφην] Adfertur hic locus, & alius è Philadelphis, ut liqueat τυφισθαι esse τὰς ὀφθαλμὰς συγκεχύσθαι, *oculis turbari*.

5. Ἀργὸς &c.] Elegans sententia, quam vertit *Ausonius* Epig. CX.

Sanus piger febriente multò est nequior,
Potat duplum, dapesque duplices devorat.

Ἀθλιώ]τερος] Ita versum hunc concinnavimus, inducto *is'* quod in capite versûs supererat, & pro γὰν posito γὰρ. *Grotius.*

ΕΚ ΤΩΝ ΕΤΑΙΡΩΝ.

α'.

Ἀνάπεσῶ.

In Titulum. Cæcilii *Meretrix* memoratur à *Nonio Marcello.* Hæc fabula neque à *Meursio*, neque à *Grotio* memorata fuerat.

1.

2. *Euripidis Schol. in Phœniſſ.* ℣. 1161.

—— Igitur confuſus mihi eſt viſus,
Flendo.

3. *Stobæi Floril. Tit.* XXX.

Otioſus valens febricitante multò
Miſerior eſt, duplò enim plus comedit fruſtra.

4. *Apud Joan. Stobæi Fl. Tit.* LXXXIX.

Libero enim irrideri multò
Turpius eſt; dolere verò humanum eſt.

5. *Priſcianus* Lib. XVII. *col.* 1168.

Ingredior ad te. Illam dicis, nunc enim intelligo.

6. *Erotianus in Lex. in voce.*

Olla nova.

7. *Scholiaſtes Ariſtoph. in Acharnenſ.* ℣. 1114.

—— permittendum judicium
Cuipiam, his de rebus.

8. *Apud Athenæum* Lib. III. p. 119.

Inſperſi in ſalſamenta ſalem, ſi ita *res* ſit.

7. Ἐλευθέρῳ γὰρ] Illud γὰρ ob verſum addidimus. *Grotius.*

9. Εἴσειμι] Adfert *Priſcianus*, ut oſtendat ἄρτι paullò antè & præſens ſignificare.

13. Ἐπίπαν'] Malè eſt, ut rectè vidit *Caſaubonus* Lib. III. c. 33. apud *Athenæum* τρίπαχυ pro Ἐπιτρίπαχυ. Citat hunc locum *Euſtathius* in Iliad. p. LXXIII, 43. ut oſtendat τάριχος neutro genere dici.

EX MERETRICIBUS.

1. *Ex Suida in voce.*

APeriam, expandam.

1. Ἀναπετῶ] Habet *Suidas*, ut probet idem eſſe ac ἀναπετάσω, cùm ex hac fabula, tum ex Rivalibus.

Digitized by Google

β'.

——— ἕκαστος
Κύψας εἰς αὐτὸν τῶν τραγημάτων ἔφλα.

2. Ἕκαστος &c.] *Plutarchi* verba ſunt: Τῶν μὲν γὰρ παρὰ τῷ Μενάνδρῳ νεανίσκων ὑπὸ τῆ πορνοβοσκῆ παρὰ πότον ἐπιβελευομένων καλὰς καὶ πολυτελεῖς εἰσάγοντος ἑταίρας, ἕκαστος (ὡς φησι) κύψας εἰς αὑτὸν τῶν τραγημάτων ἔφλα, φυλαττόμενος καὶ φοβούμενος ἐμβλέπειν:

ΕΚ ΤΟΥ ΕΤΝΟΥΧΟΥ.

α'.

——— Πάντα τὰ ζητούμενα
Δεῖσθαι μερίμνης, Φασὶν οἱ σοφώτεροι.

β'.

Μὴ θεομάχει, μηδὲ προσάγου τῷ πράγματι
Χειμῶνας ἑτέρους, τοὺς ἀναγκαίους φέρε.

γ'.

Σιτοβόλια.

δ'.

Συσσομώτερος σκάφης.

ε'.

Οὗτός ἐστι γαλεώτης γέρων.

In Titulum. Notum eſt hanc verſam à *Terentio*, cujus auctoritas facit ut potiùs *Eunuchum* vocemus, quàm *Eunuchos* plurali numero, ut vocatur à *Zenobio*. Diximus ex compendiaria ſcriptura natam hanc eſſe appellationis varietatem. Sic *Epheſius* & *Epheſis* vocatur ſequens fabula.

1. Πάντα &c.] Alia hanc in rem habet ibidem plura *Stobæus*, etiam ex *Menandro*. Vide ad Dyſcoli frag. 2.

2. Σοφώτεροι] Philoſophi. Vide Adelphorum fragm. 5.

3. Μὴ θεομάχει &c.] Pulcra ſententia, ſi modò Chriſtiano ſenſu de uniùs Dei providentia intelligatur; nam is verè θεομαχεῖ qui quæ facta ſunt ſatis conſtanter non fert. Niſi ea efficere, aut certè pati voluiſſet Deus, non permiſiſſet ea contingere; ideóque cum eo pugnat, qui non adquieſcit in præteritis. Aliæ ſunt hanc in rem ſententiæ, apud *Stobæum*, eodem titulo, quæ eò magis neceſſariæ Ethnicis erant, quòd infelices Diis conviciarentur. Vide quæ diximus

2. *Plutarchus de Sanitate tuenda* p. 133. T. II.

—— quiſque
Inclinato in ſe capite bellaria comedebat.

Apud Menandrum leno quibusdam inſidiatur adoleſcentulis in convivio, introducens formoſa & ſumtuoſa ſcorta; ſed eorum quiſque, ut dicit, in ſe inclinatus bellaria comedebat, ſibi cavens & timens intueri. Ad hanc fabulam retulimus.

EX EUNUCHO.

1. *Apud Joan. Stobæum Flor. Tit.* XXIX.

—— Quæcumque quæruntur
Indigere cura aiunt ſapientiores.

2. *Ibid. Tit.* CVIII.

Neque contra Deum pugna, neque rei adde
Alias procellas, *ſed* fer neceſſarias.

3. *Pollux* Lib. IX. c. 5. §. 45.

Granaria.

4. *Zenobius Cent.* V. *Prov.* 95.

Magis mutus, quàm ſcapha.

5. *Donatus in Eunuch. Act.* VI. *Sc.* IV, 22.

Hic eſt ſenex ſtellio.

ximus ad *Albinovani* El. I, 130. & 134. Sic & Act. V, 29. Θεομάχοι dicuntur, qui Dei conſiliis adverſantur, ubi vide Interpretes.

6. Συσσώλτερος] Vide & *Suidam*, in hoc Proverbio.

7. Οὗλος &c.] *Suidas* in ἀσκαλαβώτης hunc locum profert, ubi docet γαλεώτην eſſe animalculum lacertæ ſimile. Malè vertiſſe *Terentium colore muſtelino* veteres Critici notarunt, quod γαλεώτην ἀντὶ τῆς γαλῆς accepiſſet, & ſic *muſtelam* pro ſtellione poſuiſſet. Eorum ſententiam probat *Claud. Salmaſius*, in Plinianis Exercit. p. 532. Ed. Ultraject. nec putat rectè ſenſiſſe *Donatum*, qui *Terentium* exiſtimabat colore muſtelino dixiſſe coloratum, veluti ſublivido. Γαλεώτης γέρων *Menandro* dicitur, judice *Salmaſio*, Eunuchus rectè, qui faciem lentiginibus maculoſam habet: ut ſtellio, ſeu γαλεώτης corium. Ipſum adito, multa erudita hac de re tradentem.

ΕΚ ΤΟΥ ΕΦΕΣΙΟΥ.

α'.

——— ἐπ' ἀρίστῳ μὲν λαβὼν
Ὀψάριον ———

β'.

Α. Ἰχθυοπωλῶν ἀρτίως τις τεττάρων
Δραχμῶν ἐτίμα κωβίας· Β. σφόδρα.

γ'.

Τενέδιος ἄνθρωπος.

δ'.

——— Παρέσομαι γὰρ ἔνδυο.

ε'.

Ἐγὼ μὲν ἤδη μοι δοκῶ, νὴ τὰς Θεὰς
Ἐν τοῖς κύκλοις ἐμαυτὸν ἐκδεδυκότα
Ὁρᾶν κύκλῳ τρέχοντα καὶ πωλούμενον.

2. Ὀψάριον] Hunc locum adfert & multa alia *Athenæus*, ut oſtendat ὀψάριον in uſu fuiſſe. Mox apud *Menandrum* lecta fuiſſe verba ſequentia addit.

5. Τενέδιος] Sic dicebatur homo truculentus, quia, ut docet *Zenobius*, apud Tenedios capitis cauſam dicenti à tergo erat carnifex ſecurim tenens, unde natum proverbium.

ΕΚ ΤΟΥ ΗΝΙΟΧΟΥ.

α'.

——— Ὧν δὲ μὴ τρόπος αἴτιος,
Τὰ Τύχης Φέρειν δεῖ γνησίως τὸν εὐγενῆ.

Ὧν δὲ μή] Ita hæc reſtituimus ſuis verſibus; antea legebatur:
Ὧν δὲ μὴ αἴτιος τρόπος τάγ' ἀπὸ τῆς Τύχης Φέρειν δεῖ.
Grotius. Quando culpâ noſtrâ quidpiam contigit, vitari potuiſſe

à

EX EPHESIO.

1. *Apud Athenæum* Lib. IX. p. 385.

—— in prandium cùm ſumſiſſem
Aliquantulum opſonii. ——

2. *Ibidem &* Lib. VII. p. 309.

A. Ichthyopolarum aliquis nuper quatuor
Drachmis æſtimabat gobios. B. valde *carò*.

3. *Apud Zenobium in his vocibus Cent.* VI. 9.

Vir Tenedius.

4. *Apud Suidam in* ἔνδυο.

—— Adero enim celeriter.

5. *Harpocration in* Κύκλοι.

Ego quidem jam mihi videor, per Deos,
Memet in circulis *veſtibus* exutum
Videre in orbem currentem & venumdatum.

5. Ἔνδυο] Profert *Suidas*, ut oſtendat hac voce ſignificari ταχέως. Suſpecta tamen eſt vox, cujus formatio & etymologia nullæ occurrunt, nec ipſa uſquam alibi invenitur.

Ἐγὼ μὲν] Hinc probat *Harpocration* κύκλος locum fuiſſe, in quo vendebantur mancipia, ἀπὸ τῦ κύκλῳ περιιστάναι τὰς πωλουμένους.

EX AURIGA.

1. *Apud Joan. Stobæum Fl. T.* CVIII.

—— Quorum mores cauſa non ſunt,
Ea à Fortuna illata virum nobilem generoſè ferre oportet.

à nobis putamus, ſi modò culpam fugiſſemus; ſed aliæ conſtantiùs ferimus, quæ ſæpe vitari non potuerunt.

Digitized by Google

β'.

Οὐδείς μ' ἀρέσκει περιπατῶν ἔξω Θεὸς
Μετὰ γραὸς· ἃδ' εἰς οἰκίας παρεισιὼν
Ἐπὶ τῇ σανιδίῳ. τὸν δίκαιον δεῖ Θεὸν
Οἴκοι μένειν σώζοντα τὰς ἰδρυμένας.

γ'.

——— Τὸν παῖδα δ' ἃ δίδομεν, ἀλλ' ἁρπάγην
Αὐτῷ κατασκευάζομεν.

δ'.

Χειμάζειν.

ε'.

Αὐτολήκυθοι.

ς'.

Παρῶμμαι.

3. Οὐδείς &c.] Hic locus à *Juſtino* citatur, quaſi ex Auriga tantum; ſed apud *Clementem* Alexandrinum in Admonit. ad Gentes, p. 49. ubi etiam profertur, ſic habetur: *Μένανδρος γοῦν ὁ Κωμικὸς ἐν Ἡνιόχῳ, ἐν Ὑποβολιμαίῳ τῷ δράματι.* Tum ſubſequuntur verba. Si repetita hæc ſint in duabus fabulis, interponi oporteret *καὶ*, ſin minùs, erit aliquid mendoſi, & alterutrius fabulæ nomen delendum. Malim deleri *ἐν Ὑποβολιμαίῳ*.

3. Περιπατῶν ἔξω Θεὸς &c.] Hic deſcribit *Menander* pauperculam anum circumferentem tabulam pictam Magnæ Matris Deorum, ſtipémque petentem. Sed apud *Apuleium* Metam. Lib. VIII. ſub finem, deſcribitur grex fanaticorum Syriam Deam circumferens, ſuiſque coloribus pingitur. Fingit emtorem ſuum fuiſſe (p. 138. Ed. Colvianæ:) *cinædum & ſenem, calvum quidem, cincinnis ſemicanis ac pendulis capillatum; unum de triviali popularium fece, qui per plateas ac oppida cymbalis & crotalis perſonantes, Deamque Syriam circumferentes mendicare compellunt.* Ubi vide ſequentia.

4. Παρεισιὼν] Sic meliùs habet *Clemens*, quàm *Juſtinus*, qui παρεισπὼν legit, ſi codicibus credimus.

5. Ἐπὶ τῇ σανιδίῳ] Quod hîc, apud *Clementem*, ſequitur μητραγύρτης additamentum eſt interpretis malè ſenſum adſequuti. De ipſo Deo ſermo eſt, quem fert circulator, non de circulatore. Et hac demtâ voce, quæ ſequuntur, *τὸν δίκαιον δεῖ* &c. (exſtant autem in libro de Monarchia) optimè cohærent, ſive ſenſum, ſive verſum ſpectes. *Grotius.*

Τὸν δίκαιον &c.] Facetè de Deo loquitur, quaſi de homine,

Digitized by Google

2. *Apud Juſtinum de Monarchiâ Dei* p. 107.

Nullus mihi placet foris ambulans Deus
Cum anu, neque qui ingreditur domos
In tabella, juſtum oportet Deum
Domi manere ſervantem eos, qui ſtatuam collocarunt.

3. *Apud Ammonium de differ. voc. in* ἁρπαγή.

—— puerum non damus, ſed harpagam
Ei paramus.

4. *Ammonius de voc. diff.*

Incommodum eſſe.

5. *Harpocration in voce.*

Autolecythi.

6. *Photius in Lexico.*

Suſpectum me habent.

vúltque eum, ſi probus Deus haberi velit, *domi*, id eſt, in templo, nuſquam circumlatâ imagine, aut ſtatuâ, manere. Videtur *Menander* induxiſſe hæc dicentem quempiam, qui ſtipem vetulæ erogare nolebat. Quam in rem *Clemens* Alexandrinus, loco laudato, facetum adfert Antiſthenis dictum, ubi deſcriptis Metragyrtis, εἰκότως, inquit, Ἀντισθένης ἔλεγεν αὐτοῖς μεταιτοῦσιν, ὃ τρέφω τὴν μητέρα τῶν Θεῶν, ἢν οἱ Θεοὶ τρέφουσι: *Meritò Antiſthenes iis mendicantibus dixit: non alo matrem Deorum, quam Dii alunt.*

6. Τὰς ἱδρυμένας] Ἱδρύσαθαι Θεὸν ii dicuntur, qui ſtatuam ei collocarunt. *Ariſtophanes* Pluto, verſu 1192.

Ἱδρυσόμεθ' ἂν αὐτίκ', ἀλλὰ περίμενε
Τὸν Πλοῦτον, ὅπερ πρότερον ἦν ἱδρυμένος.

Collocabimus igitur ſtatim (ſed exſpecta Plutum) ubi prius, Jupiter, nempe, *erat collocatus.* Sic paſſim loquuntur, dum Deos cum ſtatuis veluti miſcent.

7. Τὸν παῖδα &c.] Profert hæc verba *Ammonius*, ut oſtendat apud veteres Atticos vocatum ἁρπάγην βαρυτόνως, ἐν ᾗ τῶν φρεάτων τοὺς κάδους ἀναίρουσι, *inſtrumentum quo cados è puteis educunt*; harpagonem, nempe.

9. Χειμάζειν] Idem ait apud *Menandrum*, in hac fabula, hoc verbum ſignificaſſe ἐνοχλεῖν, *incommodum, moleſtum eſſe.*

10. Αὐτολήκυθοι] De hac voce quid habeat *Harpocration* diximus ad Annulum. Conſuli præterea poteſt *Petrus Colvius* ad Lib. II. Floridorum *Apuleii*, ubi hanc vocem copioſè explicat. Cùm ſit hic ſola, non eſt operæ pretium diutiùs de ea à nobis agi.

Δίσ-

ΕΚ ΤΟΥ ΗΡΩΟΣ.

α'.

Δέσποιν', Ἔρωτος οὐδὲν ἰσχύει πλέον·
Οὐδ' αὐτὸς ὁ κρατῶν ἐν οὐρανῷ Θεῶν
Ζεὺς, ἀλλ' ἐκείνῳ πάντ' ἀναγκασθεὶς ποιεῖ.

β'.

Ἐχρῆν γὰρ εἶναι τὸ καλὸν εὐγενέστατον,
Τὸ δ' ἐλεύθερον δεῖ παντα χῇ Φρονεῖν μέγα.

γ'.

Ὡς οἰκτρὸν, ἢ τὰ τοιαῦτα δυσυχῶ μόνη,
Ἃ μηδὲ πιθανὰς τὰς ὑπερβολὰς ἔχει;

δ'.

Χᾶν κεκραμένον οἶνον λαβὼν ἔκπιθι
Τοῦτον.

ε'.

Εὖ ἴσθι, κἀγὼ τοῦτο συγχωρήσομαι.

ς'.

Ἐπιφαρμάκευσον, γλυκύτατ', ἀναλυθεὶς μόλις.

Δέσποιν', Ἔρωτος &c.] Ex aliis Poëtis similes sententias, aut similia dicta profert *Stobæus*. Sic solebant vitiis suis Deum prætexere, idque è poëticis fabulis, aut priscis historiis Deorum, qui homines re verâ fuerant. Vide & Eunuchi Terentianæ Act. III. Sc. V, 36. & seqq.

5. Τὸ καλὸν] Emendationem hanc nostram, pro τὸν καλὸν firmat MS. A. Quare & in sequenti, pro τὸν ἐλεύθερον δὲ δεῖ, posuimus τὸ δ' ἐλεύθερον δεῖ, simul versui consulentes. *Grotius*. Subaudiendum γίνος.

8. Χᾶν &c.] Multis illic agit *Athenæus* de vino aqua temperato.

10. Εὖ ἴσθι] Profert *Ammonius*, ut ostendat τὸ ἴσθι ἐπὶ τοῦ γίνωσκε τάττεσθαι.

11. Ἐπιφαρμάκευσον] Citat *Suidas*, ut probet ἀναλυθῆναι esse κα-

Digitized by Google

EX HEROE.

1. *Apud Stobæum Floril. Tit.* LXIII.

HEra, Amore nihil est potentius,
Ne ipse quidem qui in cœlo Deorum est dominus
Jupiter, sed ab eo coactus omnia facit.

2. *Ibid. Fl. Tit.* LXXXIX.

Oporteret enim esse quod honestum est nobilissimum,
Et quod liberum est par esset magna sentire.

Ibid. Tit. CIV. (flictor,

Quàm miserandum, quod sola cum talibus infortuniis con-
Quæ magnitudinem incredibilem habent?

4. *Ex Athenæi Dipn.* Lib. X. p. 426.

Sumto congio vini temperati aquâ, ebibe
Hoc.

Ammonius de diff. voc. in ἴσθι.

Probè scito, & ego hoc concedam.

1. *Apud Suidam in ἀναλυθῆναι.* (fuisti.

Remedium præterea sume, ô dulcissime, qui vix purgatus

θαρτικῷ τινι φαρμάκῳ χρήσασθαι. Est potiùs effectus remedii, quàm usus, ut à Latinis *alvus solvi* dicitur. Qui, pharmaco quopiam purgante epoto, vix alvum solvere possunt, eos oportet ἐπιφαρμακεύειν ἑαυτοὺς, hoc est, novum, remedium purgans adhibere, qualis est ptisana. *Galenus*, Libro quos, quibus & quando purgare oportet. Edit. Charterii Tom. X. p. 373. Μετὰ τὸ ληφθῆναι τὸ καθαρτήριον συμφέρει τῆς πτισσάνης ἐπιῤῥοφεῖν, ὡς φησιν Ἱπποκράτης: *post sumtum remedium purgans, conducit præterea ptisanam sorbere, ut ait Hippocrates.* Postea: χρήσιμος ὢν χύλος τῆς πτισσάνης ἐπιῤῥοφούμενος: *utilis ptisanæ liquor insuper potus.* Ἐπιφαρμακεύειν similiter formatum est ac ἐπιῤῥοφεῖν, ut significetur remedii accessio. In Lexicis non invenitur hoc verbum.

Digitized by Google

ΕΚ ΤΗΣ ΘΑΙΔΟΣ.

α'.

Ἐμοὶ μὲν ἂν ἄειδε τοιαύτην, Θεὰ,
Θρασεῖαν, ὡραίαν δὲ καὶ πιθανὴν ἅμα,

Ἀδικοῦσαν, ἀποκλείουσαν, αἰτοῦσαν πυκνὰ,
Μηδενὸς ὁρῶσαν, προσποιουμένην δ' ἀεί.

β'.

Φθείρουσιν ἤθη χρηστ' ὁμιλίαι κακαί.

γ'.

Μυὸς ὄλεθρος.

In Titulum.] Thaïdis *Menandri* meminit *Athenæus*, cujus verba vide ad *Nannium*. Thaïs *Afranii* laudatur à *Nonio*. De hac fabula *Martialis* Lib. XIV. Ep. 187.

Hæc primùm juvenum lascivos luſit amores;
Nec Glycere, verè Thaïs amica fuit.

Quæ verba sic interpretatur *Hadr. Turnebus* Adverſ. Lib. IX, 24. Glycere *erat Menandri Poëta amica, quod ex* Glyceræ *Gratis ad eum Epiſtolis, quæ hodiéque exſtant, cognoſcimus.* Thaïs *tamen ab eo ſic in Comœdiis introducta frequenter & celebris reddita eſt, ut ipſa videatur, non* Glycere, *Menandri amica fuiſſe.* Malim sic interpretari, non tam Glyceram meretriciis artibus excelluiſſe, quàm Thaïdem, quæ verè amica, seu meretrix fuerit. Egregiè deſcribitur in primo fragmento. Vult ergo *Martialis* veram callidæ meretricis deſcriptionem inveniri, non tam in *Glycera* Menandri, quàm in Thaïde.

1. Ἐμοὶ μὲν ἂν &c.] Verba hæc sunt è Prologo, ubi Poëta comicè Heroïcos Poëtas imitatus Musam invocabat, ut se doceret mores meretricis, quos erat mox in fabula deſcripturus. *Plutarchus* rectè animadvertit ex hiſce verbis liquere, Poëtæ improbatam fuiſſe meretriciam vitam; quod à Poëtarum lectoribus diligenter attendendum, ne laudari putent quæ ab iis vituperantur: ἐν δὲ τούτοις, inquit, εὖ μάλα προσεκτέον· εἴ τινας ὁ ποιητὴς αὐτὸς ἐμφάσεις δίδωσι κατὰ τῶν λεγομένων, ὡς δυσχεραινομένων ὑπ' αὐτοῦ, καθάπερ ὁ Μένανδρος ἐν τῷ προλόγῳ τῆς Θαΐδος πεποίηκεν. Ἐμοὶ μὲν ἂν καὶ τὰ ἑξῆς: *in hiſce valde attendendum num quas poëta ipſe ſignificationes ediderit contra ea quæ dicuntur, ut à ſe improbata: quemadmodum Menander in Prologo Thaïdis fecit, mihi igitur* &c.

4.

EX THAIDE.

1. *Apud Plutarchum de audiendis Poëtis*, p. 19. T. II.

Mihi igitur cane, ô Dea, ejusmodi mulierem,
Asperam, formosam tamen & persuadendi arte pollentem, (frequenter,
Injuriâ afficientem & excludentem *amasios*, petentem
Neminem intuentem & semper fingentem.

2. *Apud Paulum* 1. Cor. XV, 33.

Corrumpunt mores bonos consortia prava.

3. *Apud Ælianum H. A.* Lib. XII, 10.

Muris interitus.

4. Ὁρῶσαι] Hoc est; rationem habentem neminis, sed fingentem tantùm. Sic verbum ὁρᾶν sumitur in Heautontimor. ℣. 10.

5. Φθείρουσιν] Testatur *Henr. Stephanus*, in notis ad γνώμας μονοστίχους *Menandri* & aliorum, pag. 351. se vidisse in margine exemplaris MS. Novi Testamenti, quo pater ejus usus fuerat, Μενάνδρου τῆ Κωμικῆ γνώμη ἐν Θαΐδι, pro quo meritò legendum conjiciebat Θαΐδι, cùm præsertim tres posteriores litteræ oculos fugerent. *Hieronymus* in Tit. I. & in Gal. IV. *Menandri* in Comœdia fuisse ait, sed in qua non docet. Similes sententias collegit *Thomas Gatakerus* Adversi. Miscell. Lib. I. c. 1. Sed in re, quotidianâ experientiâ, omnibus nota, nihil opus est Veterum testimoniis.

Ἤθη χρηστ'] *Chrysostomus* ad 1. Cor. XV. 33. vult à Paulo sic εὐφήμως τὰ εὐτελαπατητὰ ἤθη vocari, eúmque sequitur, ut solet, *Theophylactus*; nec negare possumus quin interdum *boni* & *minimè mali* homines simpliciores & qui facilè decipiuntur, soleant appellari. Sed rectè *Henr. Stephanus* hoc dictum nimiùm sic restringi putabat, meritóque rejiciebat σχόλιον ejusdem Codicis, ubi erat χρηστὰ ἀντὶ τῆ κῦφα, sensim enim fit ut homines etiam probi, improborum consortio, in improbitatem delabantur, quamvis alioqui levi indole non essent.

6. Μυὸς ὄλεθρος] Ita de hoc proverbio *Ælianus*: Οἱ μῦες ἀποθνήσκοντες καθ' αὑτὺς καὶ ἐκ μηδεμιᾶς ἐπιβολῆς, ἀποῤῥεόντων αὐτοῖς τῶν μελῶν, καὶ μικρὰ ἀπέρχονται τῆ βίᾳ· ἔνθεν καὶ ἡ παροιμία λέγει τὸν μυὸς ὄλεθρον: *Mures qui non ex insidiis, sed suâ sponte moriuntur, defluentibus membris, è vita paullatim excedunt; unde proverbium dicit muris mortem.* Subdit: Μέμνηται δὲ αὐτῆς Μένανδρος ἐν Θαΐδι: *meminit autem ejus Menander in Thaïde.*

7.

δ'.

Μέταυλος.

ε'.

Πτωχότερος κίγκλου.

7. Μέταυλος] *Harpocration* teſtatur ſic dictam ὑπαυλὴν ἣ ὄρνιθες ἦσαν, ſordidum atrium, in quo erant gallinæ, aliæque id genus aves.

8. Κίγκλου] *Suidas* docet ſic motacillam vocari, quod liquet etiam ex *Ælian*o de H. A. Lib. XII, 9. ubi hanc tradit proverbii originem: ὁ δὲ κίγκλος ζῷόν ἐστι πτηνόν, ἀσθενὲς τὸ καθόλου, καὶ διὰ τοῦ-

ΕΚ ΤΗΣ ΘΕΟΦΟΡΟΥΜΕΝΗΣ.

α'.

——— Ὁ πλεῖσον νοῦν ἔχων
Μάντις ἄριστός ἐστι, σύμβουλός θ' ἅμα.

β'.

Ἆρ' ἔστιν ἀγαθῶν παντοπλείστων αἰτία
Ἡ σύνεσις, ἂν ᾖ πρὸς τὰ βέλτιστα σοφή.

In Titulum. Θεοφορουμένη vates dicitur, quæ ſe à Deo adflatam ait, ſeu verè, ſeu falſò. Hujusmodi mulierculas riſiſſe in hac Comœdia videtur *Menander*, vir minimè ſuperſtitioſus, aut credulus. Hac voce uſus eſt Sophiſta, quiſquis ille ſit, qui *Heraclidi* ad *Hermodorum* Epiſtolas finxit, ubi, cùm loqueretur de Sibylla, quæ prædixerat, ut ait,

Ἐξ Ἰάδος χώρης ἥξειν σοφὸν Ἰταλίηνδε.

Venturum ſapientem ex Ionia in Italiam, addit: Ἐφίστοι δὲ καὶ νῦν βούλονται ὁρᾶν, ὃν διὰ θεοφορουμένης γυναικὸς ἀληθεία ἔβλεπε: *Epheſii ne nunc quidem volunt videre eum, quem per adflatam mulierem proſpexit veritas.*

1. Ὁ πλεῖσον &c.] Vulgò corrupta hæc & mutila legebantur. Nos auctoritatem ſequuti MS. A. ex una ſententia duas fecimus, ſuppletis quæ deerant, niſi quòd ille cum Vulgatis habeat παμπλείστων, pro quo παντοπλείστων, ſignificatu eodem, lex verſus imperabat. *Grotius.* Sequentes nempe verſiculos ſeu Fragm. 2. reſpicit, quos ad hanc Comœdiam quoque retuli, cùm non viderem eos referri

Digitized by Google

4. *Harpocration in voce.*

Atrium gallinarum.

4. *Apud Suidam in κίγκλος.*

Pauperior cinclo.

τὸ φασι μηδ' ἰδίᾳ, μηδὲ καθ' αὑτὸν δυνάμενον αὐτὸν νεοττίαν συμπλέξαι, ἐν τοῖς ἄλλοις δὲ τίκτειν, ἔνθεν καὶ τὰς πτωχὰς κίγκλας ἐκάλεν αἱ τῶν ἀγροίκων παροιμίαι. Cinclus animal est volucre, debile à tergo, propterèaque aiunt neque seorsim, neque per se posse sibi nidum contexere, & in alienis parere; unde & pauperes Cinclos *vocant rusticorum proverbia.*

EX ADFLATA.

1. *Stobæus Flor. Tit.* III.

—— Qui plus ingenii habet
Is est optimus vates & consiliarius.

2. *Ibidem.*

Certè est bonorum quàm plurimorum causa
Prudentia, si ad meliora sit sapiens.

ferri ad aliam, nec inter fragmenta incertarum legerentur.

Μάντις ἄριστος] Celebrem *Euripidis* Senarium imitatus est:

Μάντις ἄριστος ὅστις εἰκάζει καλῶς.
Vatem optimam putato, bene qui conjicit.

Quibus versibus duo egregii Poëtæ eorum, qui *θεοφορεῖσθαι* se fingebant, artem magna ex parte ostenderunt. Vates enim, ex præteritorum & præsentium cognitione, de futuris conjiciebant, iique optimi vates habebantur, qui quàm maximè conjecturâ valebant. Versiculum *Euripidis* profert etiam *Cicero* de Divin. Lib. II, 5. Sed poëtæ nomen reticet.

Σύμβουλος θ' ἁμα] Viri prudentes meliora consilia dabant, quàm fatidicæ mulierculæ, quas vulgus consulebat, quia de futuris meliùs conjicere poterant. Videtur *Menander* quempiam sic loquentem induxisse contra eos, qui consulebant ejusmodi mulierculas, de iis quæ adgredi cupiebant.

4. *Ἀν ᾖ πρὸς τὰ βελτίω*] Nihil enim alioquin exitialius homine acuti ingenii, qui eo ad nocendum aliis abutitur.

γ'.

Μέσως μεθύων θηρίκλειον ἔσπασε.

δ'.

Καὶ ταχὺ πάλιν τὸ πρῶτον περισοβεῖ
Ποτήριον αὐτοῖς ἀκράτῳ.

5. Μέσως μεθύων] Profert *Athenæus*, ut oſtendat θηρίκλειον fœminino genere dici, ſed ut hoc nobis liqueret, plura verba recitari oportuit, quæ fortaſſe è codicibus *Athenæi* exciderunt.

Θηρίκλειον] De Thericleis poculis, eorúmque inventore, copioſiſſimè egit vir doctiſſimus *Ric. Bentleius*, Diſſertat. Anglicæ de Epiſt. Phalaridis Sect. III.

6. Περισοβεῖ] Citat hæc *Athenæus* obiter loquens de poculo in

ΕΚ ΤΗΣ ΘΕΤΤΑΛΗΣ.

α'.

Μικρά γε πρόφασίς ἐςι τῷ πράξαι κακῶς.

β'.

Εὐθυμία γὰρ βίοτον τῶν δέλων τρέφει.

γ'.

Λυχνοκαΐα.

δ'.

Ὁλόκληρος οὗτός σοι, ξένε.

In Titulum. De inſcriptione hujus fabulæ ſic *Plinius*, Hiſt. Nat. Lib. XXX. c. 1. ubi de Magia: *Miror equidem Achillis populis famam ejus in tantum adhæſiſſe, ut* Menander *quoque, litterarum ſubtilitati ſine æmulo genitus, Theſſalam cognominaret fabulam complexam ambages feminarum detrahentium Lunam.* Stephanus in Θεσσαλία: Τὸ Θετταλη δρᾶμα Μενάνδρᾳ βαρύνεται παρὰ Ἀττικοῖς, εἰς ἰδιότητα τεθὲν: *Theſſala fabula Menandri accentu in penultima notatur apud Atticos, quod quaſi proprium ponitur.* Similia leguntur apud Scholiaſten *Ariſtophanis* in Nubes. Malè Theſſalica à *Polluce* vocatur.

1. Μικρά γε πρόφατις] Hoc vult *Menander*, exiguum in Prudentiam delictum ſatis eſſe, ut quiſpiam in res adverſas incidat; hunc enim *Menandri* verſiculum habet *Stobæus*, in Titulo de Imprudentia. *Grotius* tamen, poſt *Geſnerum*, intellexit de malis factis,

Digitized by Google

3. *Apud Athenæum* Lib. XI. p. 472.

Cùm eſſet ſemi-ebrius, thericleum poculum hauſit.

4. *Ibidem.* p. 504.

Et celeriter iterum primum circumagit
Poculum illis meri.

orbem à convivis hauriendo. Interpretatur ſimul illic περισοβεῖν eſſe τὸ κύκλῳ πίνειν. Attamen res ipſa & ſignificatio ſimplicis σοβεῖν oſtendit potiùs ſignificari hic propriè actionem ſervuli poculum celeriter circumferentis. Nihilo minùs ſic etiam habet *Heſychius*: περισοβεῖν, ἐν κύκλῳ πίνειν, ἢ περιτρέχειν, ἢ φωνεῖν, ἢ διώκειν. De ratione bibendi in orbem Græcorum etiam hodiernorum vide *Petri Belonii* Obſerv. Lib. I. c. 4.

EX THESSALA.

1. *Apud Stobæum Flor. Tit.* IV.

EXigua cauſa opus eſt, ut in adverſa incidas.

2. *Ibid. Tit.* LXII.

Bonus animus vitam ſervorum ſuſtentat.

3. *Pollux* Lib. X. c. 26. §. 115.

Candelæ accenſio.

4. *Photius in Lexico MS.*

Integer hic tibi eſt, hoſpes.

quibus prætextus facilè ab improbis & malè facere cupientibus invenitur, putátque rectiùs à *Stobæo* hæc verba referri potuiſſe ad Tit. II. qui eſt de Vitio. Vertit:

Malè agere qui vult facilè prætextum invenit.

Fallitur, nam πρόφασις hic eſt cauſa, ut alibi apud *Menandrum*, ut vidimus Clipei Fragm. 3. *Heſychius*: Πρόφασις, αἰτία, ἀφορμή. Sed & πεάττειν κακῶς eſt cum adverſis conflictari, ut omnes norunt.

2. Εὐθυμία γὰρ βίοτος] Ita nos, pro εὐθυμία βίε τῶν, quod vulgò exſtat. *Grotius.*

3. Λυχνοκαΐα] Vox eſt *Herodoti*, ut docet illic *Pollux*; quâ ſignificatur feſtum Ægyptiorum, quo lucernæ accendebantur, Lib. II. c. 62. Eamdem vocem eodémne ſenſu, an alio, uſurpaſſet *Menander* non dicit.

ΕΚ ΤΟΥ ΘΗΣΑΥΡΟΥ.

α'.

Τῆς οὐσίας ὅσοις μὲν οὖν πράως ἔχει,
Νέοις ἔτ' οὖσι τοῦτο προσάττειν ποιεῖν.
Οἱ δ' εἰς τὸ γῆρας ἀναβολὰς ποιούμενοι,
Οὗτοι προσαποτίνυσι τοῦ χρόνου τόκους.

β'.

Πολλοῖς ὑπέκκαυμ' ἐς' ἔρωτος μυσική.

γ'.

Ὅταν ἔρωτος τόλμαν ἀφέλῃς, οἴχεται,
Εἰς τοὺς Ἰαλέμους δὲ τοῦτον ἔγγραφε.

δ'.

—— καὶ Καυθάρου σοφώτερος.

ε'.

Ἄσιτος ἑπτὰ μῆνας ὕδατος ῥάγγα ἔχων.

In Titulum. Hanc fabulam verterat *L. Lavinius Terentii* æmulus. Vide Eunuchi Prologum ℣. 10. Plautina *Trinummus* meliùs inſcripta fuiſſet *Theſaurus.*

1. Τῆς οὐσίας] Elliptica eſt loquutio, pro χρῆμα τῆς οὐσίας πράως ἔχει ἑαυτὸ, *res facultatum modicè ſe habet.* Quia homines πρᾶοι, *manſueti* modum ſervant in alienis delictis, ideò πράως ſignificavit *modicè.* Exemplum adfert *Rob. Conſtantinus* ex recentiore Scriptore, quo Menandrianum hoc majoris eſt ponderis.

2. Τοῦτο προσάττειν] Nempe, amare, refert enim hæc *Stobæus*, in titulo περὶ Ἀφροδίτης παιδικῆς, *de Venere vulgivaga.*

3. Τοὺς χρόνου τόκους] Neceſſe habent majores ſumtus facere, quàm juvenes feciſſent, ut ſibi puellarum amorem concilient; qui

Digitized by Google

EX THESAURO.

1. *Apud Joan. Stobæum Fl. Tit.* LXIII.

OMnibus quibus eſt ſat divitiarum,
Qui ſunt adhuc juvenes, auctor ſis ut hoc faciant.
Qui verò *amare* differunt in ſenectutem
Hi ſolvunt temporis uſuras.

2. *Ibidem.*

Multis incitamentum amoris eſt cantiuncula.

3. *Ibid. Tit.* LXIV.

Amori poſtquàm audaciam abſtuleris, perit.
Tum hunc frigentium numero adſcribe.

4. *Suidas in hoc proverbio.*

—— & Cantharo callidior.

5. *Photius in Lexico MS. in* γράγγα.

Sine cibo per ſeptem menſes, aquæ guttam habens.

ſumtus eleganter dicuntur χρόνου τόκοι.

5. Μουσική] Aut cantiuncula, aut peritia canendi, quâ multæ puellæ amaſios ſibi conciliarunt.

7. Εἰς τὸν Ἰαλέμου] Proverbium fuit Ἰαλέμου ψυχρότερος, *frigidior Ialemo*; cujus origo quæ ſit non conſtat. Vide *Zenobium* Cent. IV, 39. Hoc certum eſt, τὸν Ἰαλέμους vocari hîc *frigidos*, fortè quaſi lugendos, nam ἰάλεμος eſt *ejulatus*.

8. Καθάρα σοφώτερος] *Zenobius* Cent. IV, 65. Sic vocatum ait fuiſſe callidum quemdam cauponem Athenis, è quo nata eſt Paræmia. Ejus proverbii meminerunt etiam *Diogenianus* & *Photius* in MS. Lexico.

Digitized by Google

ΕΚ ΤΟΥ ΘΡΑΣΥΛΕΟΝΤΟΣ.

α'.

Κατὰ πόλλ' ἂν ἐχειν οὐ καλῶς εἰρημένον
Τὸ γνῶθι σεαυτόν· χρησιμώτερον γαρ ἦν,
Τὸ γνῶθι τοὺς ἄλλους.

β'.

Ὁ δεύτερος πλοῦς ἐστὶ δήπθ λεγόμενος,
Ἂν νηὸς ἀποτύχῃ τις, ἐν κώπαισι πλεῖν.

γ'.

Ὁ πανταμέλλων, σιτόκυρος, ἄθλιος,
Ἄχρηστος εἰς γῆν, παρατρέφεσθ' ὁμολογῶν.

δ'.

——— Φιλοσοφεῖ δὲ
Τοῦτο, ὅπως καταπράξηται τὸν γάμον.

In Titulum. Turpilii Thrasyleon memoratur à *Nonio.*

Κατὰ πόλλ' &c.] Ingeniosissimum dictum, nam sæpe res nobis infeliciùs cedunt, non tam quòd nosmet ipsi ignoremus, quàm quia non satis novimus eos quibuscum nobis res est; ut cùm bonos putamus eos, qui sunt nequam, nósque ideò fallunt. Alioquin Apollinis effatum vehementer probabat noster & probè intelligebat. Vide Καταψευδομένη Fragm. 1.

4. Ὁ δεύτερος πλοῦς] Festiva interpretatio adagii πλοῦς δεύτερος. Est autem & hoc à nostra conjectura, cùm legeretur in editis ἂν ἀποτύχῃ τις πρῶτον ἐν ταῖς κώπαισι πλεῖν. Favet ex parte MS. A. qui non habet istud πρῶτον. *Grotius.*

Ibidem. Proverbium in Stromateo sic expressit *Josephus Scaliger*:

Ὁ δεύτερος πλοῦς ἐστὶ δήπθ λεγόμενος
Ἂν ἀποτύχῃ τις πνεύματος, κώπαισι πλεῖν.

EX

EX THRASYLEONTE.

1. *Apud Stobæum Flor. Tit.* XXI.

MUltis in rebus, bene non dixeris:
Noſce te ipſum; ſatius enim eſſet *dicere:*
Noſce alios.

2. *Ibid. Tit.* LIX.

Secunda navigatio eſt aliquando dicta,
Si quis navem amiſerit, in remis navigare.

3. *Apud Athenæum* Lib. VI. p. 248.

Qui omnia differt, fruſtra comedens, miſer
Inutilis in terram, fruſtra ſe nutriri profitens.

4. *Ex Harpocratione in Φιλοσοφεῖν.*

—— Philoſophatur verò
Hoc, ut conficiat nuptias.

Curſus ſecundus ille paſſim dicitur
Movere remis, aura ſi deſit, ratem.

Sic fortè, etiam apud *Menandrum*, legendum eſt.

6. Ὁ παπαμίλλων &c.] Egregia deſcriptio hominis pigri & otioſi. *Athenæus* adfert ut oſtendat uſum vocis σιτόκωρος, ad ſignificandum ἄχρηστον καὶ μάτην τρεφόμενον, quod totidem verbis repetit *Heſychius.* Sic dictus ἀπὸ τῦ κείρειν τὸν σῖτον, homo *fruges conſumere natus.*

Παρατρίφεσθ' ὁμολογῶν] Apud *Athenæum* legitur ὁμολογῶν παρατρίφεσθαι. *Grotius.*

8. Φιλοσοφεῖ] Hæc verba profert *Harpocration*, ut oſtendat τὸ φιλοσοφεῖν aliquando eſſe πονεῖσθαι φράσειν, *dare operam ut dicas*; nimirum, elegantiùs & acutiùs quàm vulgò fieri ſolet.

Ibid. Apud *Athenæum*, eſt ὀκνηρὸς πάντα μᾶλλον, nos articulum addidimus ob verſum, omiſſo ὀκνηρὸς, ut quod ſequentis vocis inuſitatæ eſſet interpretamentum. *Grotius.*

Digitized by Google

ΕΚ ΤΟΥ ΘΡΑΣΩΝΙΔΟΥ ΜΙΣΟΥΣ.

Λιβάνιος ἐν προθεωρίᾳ τῆς λα'. μελέτης.

Ἔχεις ἐκ τῆς Κωμῳδίας παραλαβὼν, ὡς ὑπερογκόν τι καὶ σεβαρὸν καὶ πολλή τις ἀλαζονεία, στρατιώτης ἀνὴρ. εἴ τις ὑμῶν Φαντάζεται τὸν Μενάνδρου Θρασωνίδην οἶδεν ὃ λέγω· στρατιωτικὴν γάρ φησιν ἀηδίαν νοσοῦντα τὸν ἄνθρωπον εἰς ἀπέχθειαν αὐτῷ κινῆσαι τὴν ἐρωμένην· καὶ γέγονεν ἀμέλει προσηγορία τῷ δράματι τοῦ Θρασωνίδου τὸ Μῖσος.

In Titulum. Nullum fragmentum, quod conſtaret ex hac Comœdia eſſe, inveniri à nobis potuit. Fortè nonnulla huc perti-

ΕΚ ΤΗΣ ΙΕΡΕΙΑΣ.

α'.

Οὐδεὶς δι' ἀνθρώπου Θεὸς σώζει, γύναι,
Ἑτέρου τὸν ἕτερον· εἰ γὰρ ἕλκοι τὸν Θεὸν,
Τοῖς κυμβάλοις ἄνθρωπος εἰς ὃ βούλεται,

Οὐδεὶς δι' ἀνθρώπου &c.] *Juſtinus* hunc locum profert, inter alia quæ putat Ethnicorum ſuperſtitioni, apud Scriptores Græcos, contraria eſſe. Videtur autem reſpicere Poëta ad ſacerdotem aliquam Matris Deorum, quæ jactaret cymbalorum pulſu à ſe elici ipſam Deam poſſe, & propitiam cuicumque vellet reddi.

1. Οὐδεὶς &c.] Hoc vult *Menander*, minimè propitium fieri alicui, propter ritus, aut preces aliorum, quales erant mulierculæ & ſacrificuli, qui circuibant domos, quaſi artis expiandorum ſcelerum periti. Abſurdum ſanè eſt, moribus minimè mutatis, pacem Numinis alienis precibus redimere velle. Noſter ſæpe ridet ejusmodi ſuperſtitiones. Vide Μητραγύρτου fragm. II.

3. Τοῖς κυμβάλοις] Inſtrumento hoc maximè uti ſolebant in ſacris Magnæ Matris Deûm. *Ovidius* Faſt. IV, 213. ubi dixit Corybantas

EX ODIO THRASONIDIS.

Libanius in Protheoria Declam. XXXI.

NOsti quod accepisti ex Comœdia, tumidum, fastuosum, & multa arrogantia plenum esse quiddam militem. Si cui vestrûm Menandri Thrasonides animo obversatur, novit quid dicam. Militari enim insulsitate laborantem hominem sibi contraxisse ait odium amicæ; unde meritò factum nomen Dramatis *Thrasonidis Odium.*

nent, quæ retulimus ad Στρατιώτας.

EX ANTISTITA.

1. *Apud Justinum de Monarchia Dei* p. 107.

NUllus Deus servat, ô mulier, per hominem Alterum, alterum; si enim traheret Deum Cymbalis ad quod vult homo,

bantas galeas & clipeos pulsasse, ne Jovis vagitus audiretur à Saturno:

Res latuit patrem, prisique imitamina facti
Æra Dea comites, raucáque terga movent.
Cymbala pro galeis, pro scutis tympana pulsant,
Tibia dat Phrygios, ut dedit antè, modos.

Vide in Misogyne v. 9. Hoc meritò ridet *Arnobius* Lib. VII. *Sit, ut vultis, honor in vino, sit in ture; immolatione & cædibus hostiarum, irâ Numinum offensionésque placentur; etiam Dii sertis, coronis adficiuntur & floribus? etiámne æris tinnitibus & quassationibus cymbalorum? —— Numquid, ut parvuli pusiones —— ad numerum cymbalorum mollitâ indignatione flacceſcunt?* Adi & *Minucium Felicem* Cap. XXI.

Digitized by Google

Ὁ τοῦτο ποιῶν ἐστὶ μείζων τοῦ Θεοῦ.
Ἀλλ' ἔστι τόλμης καὶ βίᾳ ταῦτ' ὄργανα,
Εὑρημέν' ἀνθρώποις ἀναιδέσιν, Ῥόδη,
Εἰς καταγέλωτα τῷ βίῳ πεπλασμένα.

β'.

Τοὺς τῆς γαμετῆς ὄρθς ὑπερβαίνεις, γύναι,
Δι' αὐθάδειαν, πέρας γὰρ αὔλιος θύρα
Ἐλευθέρᾳ γυναικὶ νενόμιστ' οἰκίας.
Τὸ δ' ἐπιδιώκειν, εἴς τε τὴν ὁδὸν τρέχειν,
Ἔτι λοιδορεμένην, κυνός ἔστ' ἔργον, Ῥόδη.

γ'.

Ὄνε παράκυψις.

Ὁ τοῦτο ποιῶν] Certè si neceſſe habebat Numen, precibus aut ritibus evocatum adeſſe, iis precibus, ritibuſve reſiſtere non poterat. Quod mirum etiam viſum eſt *Porphyrio*, homini ceteroqui ſuperſtitioſo; unde factum ut Aneboni Prophetæ Ægyptio rem ita proponeret, in Epiſtola cui reſpondit *Jamblichus*: Πάνυ δέ με θράττει, πῶς ὡς κρείττης παρακαλέμενοι ἐπιτάττονται ὡς χείρας, καὶ δίκαιον εἶναι ἀξιῶντες τὸν θεράποντα, τὰ ἄδικα αὐτοὶ κελευσθέντες δρᾶν ὑπομένουσι: *valde me conturbat, qui fieri queat, ut qui quaſi potentiores invocantur, ii mandata accipiant quaſi debiliores, & juſtum eſſe oportere judicent colentem, dum ipſi juſſi prava facere ſuſtinent.* Hiſce quæſtionibus reſpondere conatur *Jamblichus* de Myſteriis Sect. IV. Sed nihil verius eo, quod habet hic *Menander*.

5. Ἀλλ' ἔστι τόλμης &c.] Audacium, nempe, deceptorum, quibus res tam bene cedit, ut fraudibus ſuis ſibi victum comparent. Hos verſus contulimus cum Oraculis Chaldaïcis ℣. 289. ubi de ſacris ejuſmodi:

ΕΚ ΤΩΝ ΙΜΒΡΙΩΝ.

α'.

Οὐκ ἔστιν οὐδὲν, πάτερ, ἐν ἀνθρώπου Φύσει
Μεῖζὸν λογισμοῦ. τῷ διαθέσθαι πράγματα

In Titulum. Imbrii *Cæcilii* laudantur à *Nonio Marcello*.

2. Λογισμοῦ] Quod verti etiam queat *ratio*, ut λόγος, quamvis propriè ſit *ratiocinatio*. Heſychius: Λογισμὸς, φροντὶς, κίνησις ψυχῆς.

Digitized by Google

Qui hoc faceret major esset Deo.
Sed sunt hæc audaciæ & victûs *quærendi* instrumenta,
Inventa ab hominibus impudentibus, ô Rhode,
In vita ad ludibrium ficta.

2. *Joan. Stobæus Flor. Tit.* LXXIX.

Nuptæ fines transgrederis, ô mulier,
Præ audacia, finis enim est vestibuli janua
Liberæ mulieri domûs præstitutus.
Persequi verò & in viam currere
Adhuc conviciantem, canis est opus, ô Rhode.

3. *Apud Zenobium Cent. V. Prov.* 39.

Asini prospectus.

—— τὰδ' ἀβύρματα πάντα
Ἐμπορικῆς ἀπάτης τηρίγματα.

Hæc omnia ludibria sunt mercatoriæ deceptionis fulcra. Utinam verò hodiéque non essent, inter exculti ssimas gentes, de quibus eadem, quæ hic noster habet, dici possent!

8. Τὰς τῆς γαμετῆς &c.] Non solebant, nimirum, mulieres exeuntes ex suis ædibus comitari, aut deducere ultra fores vestibuli.

9. Αὔλιος θύρα] Puto ad hunc locum respexisse *Harpocrationem*, cujus hæc sunt verba: ΑΥΛΕΙΟΣ, ἡ ἀπὸ τῆς ὁδὸς πρώτη θύρα τῆς οἰκίας, ὡς δηλοῖ Μένανδρος: *Janua atriensis, quæ à via occurrit prima, ut Menander declarat.* Τὴν θύραν τὴν αὐλείαν memorat etiam *Theophrastus* περὶ ἀπιστίας, seu Cap. XVIII.

13. Ὅτι παράκυψις] Absurda accusatio sic dicebatur, ut docebit *Zenobius*, qui proverbii occasionem habet. Similia inveniuntur apud *Suidam*, sed qui *Menandri* non meminit.

EX IMBRIIS.

1. *Apud Stobæum Flor. Tit.* III.

Nihil est, pater, in humana natura,
Melius ratiocinatione; nam ordinando res *suas*

χῆς, πρός τι ἐπιθύμησις.

Διαθέσθαι πράγματα] Ita omnia disponere, ut usum cui comparata sunt præstent.

1.

Ἕκαστός ἐστιν, καὶ λογίσασθαι κατὰ τρόπον
Ἄρχων, στράτηγος, ἡγεμὼν δήμου, πάλιν
Σύμβουλος. ὁ διαφέρων λογισμῷ, πάντ' ἔχει.

ΕΚ ΤΟΥ ΙΠΠΟΚΟΜΟΥ.

α'.

Μόνιμος ἄνθρωπος ἦν τις, ὦ Φίλων, σοφὸς,
Ἀδοξότερος· μίαν δὲ μὴ πήραν ἔχων,
Πήρας μενοῦν τρεῖς, ἀλλὰ κυνὸς ἐν σχήματι,
Ἐφθέγξατ' οὐδὲν ἐμφερὲς, μὰ τὸν Δία,
Τῷ Γνῶθι σαυτὸν, οὐδὲ τοῖς βουλομένοις
Τούτοις. ὑπὲρ ταῦτ' οὐ προταιτῶν, οὐ ῥυπῶν·
Τὸ γὰρ ὑπολῃφθὲν τῦφον εἶναι πᾶν ἔφη.

1. Μόνιμος] Ita conſtat verſus, nam apud *Laërtium* eſt ἦν τις ἄνθρωπος. Deeſt autem verſui pes primus. *Grotius.* At in editione H. *Stephani* nihil deeſt, habet enim, in fine verſûs ἦν τις, ὦ Φίλων, σοφὸς, non φιλόσοφος, ut edidit *Grotius.* Cùm Codices MSS. *Stephano* faveant, ut docet ad *Diogenis* locum *Ægid. Menagius*, eum ſequuti ſumus.

2. Ἀδοξότερος] Cùm hic dicatur *Laërtio* ἀνὴρ ἐλλόγιμος, ideóque à *Menandro* memoratus, conjiciebat *Menagius* ἐνδοξότερος, *illuſtrior.* Fortè Comicâ licentiâ vocabat Monimum ἄδοξον, quod expers eſſet δοξῶν vel *opinationum*, erat enim inter eos, qui adſenſum ſuſtinendum eſſe dicebant, ut mox videbimus; niſi quis malit ἄδοξον hìc ſumi pro παραδόξῳ, quem vocis ſignificatum *Heſychio* debemus.

Μίαν δὲ μὴ πήραν ἔχων] Ita nos correximus, pro μικρᾶ ὁ τὴν π. ε. Eſt autem ἀπροσδόκητον, nam cùm lavernionem hunc Philoſophum vocaſſet, ait ei unam peram non fuiſſe, planè quaſi deſuiſſet illi pera. At ſubjicit non unam peram, ſed tres ei fuiſſe peras. *Grotius.* Habet Cod. Florentinus μίαν ἐκ, ſenſu, ut putabat *Menagius*, optimo; quare probabat correctionem *Grotii*, niſi quis mallet legere μίαν δ' ἐ τὴν πήραν ἔχων. Grotianam emendationem prætuli. Sed *Menagius* furti incuſari Monimum ægrè patitur.

Πήρας μενοῦν &c.] Et hoc à nobis. Ait habitum induiſſe Canis, id eſt, Cynici. Erat, apud *Laërtium*, ἀλλὰ καὶ εἰκόνος ῥήματι. *Grotius.* Palatinus Codex, teſte *Menagio*, habet ἐν εἰκόνος μέρει, quod ille non improbat, ſed interpretatur, in *parte aliqua ſuæ imaginis.* Non intelligo quid hæc velint. Florentinus habet ῥῆμά τι, unde

Et ratiocinando eo modo, *quo par eſt*, unuſquiſque eſt
Archon, imperator, rector populi, præterea
Conſiliarius; excellens ratiocinatione omnia habet.

EX EQUISONE.

1. *Apud Diogenem Laërt. in Monimo* §. 83. Lib. VI.

ERat quidam vir *nomine* Monimus, ô Philo, ſapiens,
Ignobilior, qui non unam peram habebat,
Sed tres, verùm in Cynico veſtitu.
Nihil ſimile dicebat, per Jovem, *huic ſententiæ:*
Cognoſce te ipſum, neque decantatis *dictis*
Ejusmodi. Præterea neque mendicus, neque ſordidus,
Etenim omnes opiniones fumum eſſe dicebat.

unde conficiebat vir ille doctus, ἀλλ' ἐκεῖνος ῥῆμά τι, quod minimè abſurdum. Nam εἰκόνος ῥῆμα pro *ſimilitudine*, ut vertit *M. Meibomius*, dici non puto, nec patitur verſus poſtremam vocem eſſe ῥῆμα.

5. Τοῖς βιωμένοις] Cùm è MSS. diverſum nihil proferri videam, hanc vocem mutandam non cenſui, quam bene interpretatur *Menagius*, *decantata*, πολυθρύλλητα. *Grotius* tamen maluit βιωμένοις, *coactis*.

6. Τούτοις, ὑπὲρ ταῦτ' &c.] Hoc differebat à Cynicis, quod nec ſordidus erat, nec mendicabat. Legebatur ὑπὲρ ταῦθ' ὁ προσαιτῶν καὶ ῥυπῶν. *Grotius. Scaliger*, teſte *Menagio*, margini adſcripſerat ὑπερῃδῆ ταῦτα *hæc ſpernebat*; at vir doctus vulgatam lectionem præfert. Ego verò vix Græcam & ſenſu carere puto. Optima eſt Grotiana.

7. Τὸ γὰρ ὑπολῃφθὲν τῦφον] Τὸ ὑπολῃφθὲν vel ὑπολαμβανόμενον eſt id quod opinamur, non ſcimus. Id *cæcum eſt* (*legit*, *nempe*, τυφλὸν) id eſt, non eſt certum, non conſtat. Hunc ſenſum philoſophicum habebat hoc dictum. At ille innuebat quidquid furto aliis ſubducitur id alios latere, nam furto vivebat obvia in tres peras corradens. Apud *Laërtium* τῦφον legitur. *Grotius*. At vir eruditus *Thom. Gatakerus* probè vidit τῦφον eſſe relinquendum, ad *M. Antonini* Lib. II, 15. Sed copioſiùs & certiùs probavit *Ægid. Menagius* è *Sex Empirico*, qui recenſet Monimum inter eos qui criterium tollebant, aitque hoc ejus dictum fuiſſe τῦφον εἶναι τὰ πάντα, nimirum, δόγματα, aut ὑπολῃφθέντα. Sive τῦφον *arrogantiam*, ſive *fu-*

mum

Digitized by Google

β'.

Ὑπόφαυλοι

γ'.

Ὥσπερ καὶ τριπόδια.

mum interpreteris, eodem res recidit; nam si omnes opiniones natæ sint ex humana *arrogantia*, sunt τῦφος, *fumus*, hoc est, inanes omnes. Hinc *Hesychius*: τῦφος, ἀλαζονεία, ἔπαρσις, κενοδοξία. Ce-

ΕΚ ΤΩΝ ΚΑΝΗΦΟΡΩΝ.

α'.

——— Ἀλογίστῳ τρόπῳ
Ἀτύχημα φεύγειν ἐστὶν οὐκ αὐθαίρετον.

β'.

Τί γὰρ προθύμως μὴ πονῆσαν εὐτυχεῖ;

γ'.

Ἐδεῖτο χρῆσαι τὴν σεαυτῆς θυγατέρα
Ἀντάλλαγον χήραν.

δ'.

Αἰξωνεύεσθαι.

In Titulum. Titinnii Canephori laudantur à *Nonio Marcello. Harpocration & Suidas* è *Philochoro* de Attica Lib. II. narrant, Erichthonio regnante, lectas primùm puellas nobiles φέρειν τὰ κανᾶ τῇ Θεῷ, ἐφ' οἷς ἐπέκειτο τὰ πρὸς τὴν θυσίαν, τοῖς τε Παναθηναίοις, καὶ ταῖς ἄλλαις πομπαῖς: *ut ferrent canistra Deæ, quibus inerant quæ ad sacrificium necessaria erant, cùm Panathenæis, tum aliis pompis.* Hinc dicta hæc fabula, cujus tamen argumentum ceteroquin ignotum est.

1. Ἀλογίστῳ τρόπῳ] *Indolem imprudentem*, aut *mores imprudentes & inconsideratos* vertendum credidimus, licèt *Grotius* ἀλογίστῳ τρόπῳ ἀτύχημα certat *infortunia incpina.* Maluimus ad personam referre, quàm ad rem, quòd nesciremus an satis Græcè dicatur ἀτύχημα ἀλογίστῳ τρόπῳ pro infortunio, quod inopino modo accidit; cùm ἀλόγιστον ἄνδρα, ac proinde ἀλόγιστον τρόπον dici constet.

Αὐθαίρετον] Ita dicitur quod est nostri arbitrii, quippe quod liberè ipsi eligimus αὐτοὶ αἱρούμεθα, unde factum ut αὐθαίρετον νο-

2. *Apud Pollucem* Lib. X. c. 24. §. 98.

Sartagines.

3. *Ibid.* Lib. X. c. 23. §. 80.

Ut & tripedes menſæ.

terùm qui aliam hujus loci interpretationem videre avebit adeat, *M. Meibomium* ad *Diogenem Laërtium.*

E CANISTRIFERIS.

1. *Apud Stobæum Fl. Tit.* CVIII.

—— Imprudentis indolis

Infortunium fugere non eſt in poteſtate.

2. *Ibidem Tit.* XXII.

Quid ſine alacri labore felix eſt?

3. *Suidas in voce ἀντάλλαγος.*

Rogabat ut commodares filiam ſuam

Permutatam viduam.

4. *Harpocration in* Αἰξωνεῖς, *& Zenobius Cent.* I, 92.

Maledicere.

cetur quod ſponte accerſitum eſt, & vitari alioqui poterat. Hîc vero, additâ negatione, *οὐκ αὐθαίρετον* eſt quod vitari nequit; fieri enim non poteſt ut homo imprudens imprudentiæ ſuæ pœnas ſubinde non luat. Verùm nullâ neceſſitate adigitur ut imprudens ſit, imprudentérve ſe gerat.

2. Τί γὰρ &c.] Hic Senarius alieno loco adfertur à *Stobæo*, quid enim facit ad ſuperbiam? Pertinet potiùs ad *φιλοπονίαν*, vel induſtriam.

4. Ἐδεῖτο &c.] Adfert *Suidas*, ut oſtendat *ἀντάλλαγον* dici *ἀντὶ τοῦ ἄλλον ἀλλαγμένον*. Verba quædam ſequuntur, ſed adeò corrupta, ut careant ſenſu.

6. Αἰξωνεύσασθαι.] Æxonenſes populus fuerunt tribûs Cecropidis, iique maledici, unde hoc verbum *κακῶς λέγειν* ſignificat. Vide *Harpocrationem* ipſum & *Zenobium.*

Digitized by Google

ΕΚ ΤΗΣ ΚΑΡΙΝΗΣ.

α'.

——— Ὦ μεγίστη τῶν Θεῶν
Νῦν οὖσ' Ἀναίδεια, εἰ Θεὸν καλεῖν σε δεῖ.
Δεῖ δὲ· τὸ κρατοῦν γὰρ νῦν νομίζεται Θεός.

Ἐφ' ὅσον βαδίζεις; ἐφ' ὅσον ἥξειν μοι δοκεῖς;

β'.

Γίγγροι.

γ'.

Περὶ τὸν τράχηλον ἀλύσιον τί σοι δόσω.

1. Ὦ μεγίστη τῶν Θεῶν] Apparet hemistichium esse, atque ita nos posuimus. *Grotius.* Qui Amorem Deum esse dictitabant, & quidem rerum turpium suasorem, ii eodem jure quævis vitia, adeoque Impudentiam ipsam, quæ cum Amore conjuncta esse solet, in Deorum numerum referre poterant, cùm præsertim ejus ope maxima quæque interdum obtineantur.

2. Τὸ κρατοῦν] Ut Reges, qui se Deos nuncupari volebant, solebántque; quales Syriæ & Ægypti Reges, qui Alexandro successerunt; quod ex nummis & historiis omnibus notum.

4. Ἐφ' ὅσον βαδίζεις;] Versus *Theodectis*, de augmento incredibili impudentiæ, eodem titulo profert *Stobæus*:

Ἅπαντ' ἐν ἀνθρώποισι γηράσκειν ἔφυ,
Καὶ πρὸς τελευτὴν ἔρχεται τὴν τῷ χρόνῳ,
Πλὴν, ὡς ἔοικε, τῆς ἀναιδείας μόνου.

ΕΚ ΤΟΥ ΚΑΡΧΗΔΟΝΙΟΥ.

α'.

Τὸ καλῶς ἔχον πᾶ κρεῖττόν ἐστι καὶ νόμου.

In Titulum. Plautus Pœnulo suo Prol. ℣. 53. ait se *Carchedonium* expressisse, sed sit ne *Menandri*, an secus mihi non constat. Plurali numero Scholiastes *Aristophanis* Καρχηδονίους vocat, *Stobæus* &c

EX CARIA.

1. *Apud Joan. Stobæum Fl. Tit.* XXXII.

—— ô maxima Dearum
Quæ nunc es, Impudentia, si Deam vocari te fas est.
Sed fas est. Quod enim rerum potitur nunc putatur
Numen. (deris?
Quantùm progrederis? quò usque perventura mihi vi-

2. *Apud Athenæum* Lib. IV. p. 175.

Tibiæ.

3. *Apud Suidam in voce* ἀλύσιον.

Circa collum catenulam quamdam tibi dabo.

Αὔξη δ' ὅσῳ περ αὔξεται θνητῶν γένος,
Τοσῷδε μείζων γιγνέσθαιν καθ' ἡμέραν.

Omnia apud homines, ut senescant, nata sunt, & ad finem temporis sui perveniunt, exceptâ solâ, ut videtur, impudentiâ. Hæc enim quantò plus augetur mortalium genus, tantò major fit in dies. Sed nec minores sunt hodie impudentiæ partes.

5. Γίγγροι] Postquàm ostendit *Athenæus* Phœnices solitos fuisse γιγγραίνειν, quod interpretatur χεᾶσθαι αὐλοῖς σπιθαμιαίοις τὸ μέγεθος ὀξὺ καὶ γεῖρον φθεγγομένοις, *uti tibiis palmum longis sonitum acutum & lugubrem edentibus*, quod Caribus etiam tribuit, probat ex *Antiphane*, *Menandro* & *Amphi tibias* ab illis γίγγρας dictas.

6. Περὶ &c.] Adfert *Suidas*, ut probet ἀλύσιον dici monile. Citat *Menandrum* ἐν Καρίᾳ, sed Καρίῃ legendum; nam vir in Caria natus non dicitur Καρῖνος, sed Καρ. Sic efferunt nomen fabulæ *Athenæus* & *Stobæus*.

E CARTHAGINIENSE.

1. *Apud Stobæum Fl. Tit.* IX.

ID quod bene habet melius est etiam lege.

& *Apostolius* Χαλκηδόνιον.

1. Τὸ καλῶς] Quod contigit quando aut leges pravæ sunt, in se spectatæ, aut certè quando, circumstantiis mutatis, nocerent le-

β'.

——— Ἐπιθυμήσας τῷ βορέᾳ ἥδιον
Ὀψάριον, ἀδὲν λαβὼν ἐψήσω Φακῆν.

γ'.

Μέσατος.

δ'.

Ἀιδοντα λιτύερσην ἀπ' ἀρίςᾳ τέως. 5

ε'.

Ἀσκοτυτίνη.

ges si exsequutioni mandarentur. Cujus rei exemplum habemus insigne in vita Epaminondæ. *Lex erat Thebis*, ait Cornelius Nepos, *quæ morte multabat, si quis imperium diutius retinuisset, quàm lege præfinitum foret. Hanc Epaminondas, cùm Reip. conservandæ causa latam videret, ad perniciem civitatis conferre noluit, & quatuor mensibus diutiùs, quàm populus jusserat, gessit imperium.* Ad quem locum vide *Dionys. Lambinum.*

2. Ἐπιθυμήσας] *Is. Casaubonus* emendabat ἐπεὶ δὲ θύσας τῷ Βορέᾳ. Sed in tam brevi fragmento sensus non satis liquet, nec facilè quidquam mutem. Idem tamen rectè pro ἴδιον scripsit ἥδιον, quod se-

ΕΚ ΤΟΥ ΚΑΤΑΨΕΥΔΟΜΕΝΟΥ.

α'.

Τὸ γνῶθι σαυτόν ἐςιν, ἂν τὰ πράγματα
Ἴδῃς τὰ σαυτῆ, καὶ τί σοι ποιητέον.

β'.

Μυλασεύς.

γ'.

Ἀφ' ἱερᾶς γραμμῆς ἐν τῇ τῶν πεττῶν παιδιᾷ.

Τὸ γνῶθι &c.] Non satis est animum & corpus nosse, ne quid superbiamus, aut ne quid adgrediamur, quod sit supra eorum vires; sed oportet præterea probè scire quænam sint res nostræ & quid ex usu sit, nam hæc quoque ad nos pertinent. Multa egregia, hanc in rem, suppeditabit *Stobæus* titulo laudato.

Digitized by Google

2. *Apud Athenæum* Lib. IX. p. 385.

—— Cùm cuperum, Boreâ *flante*, ſuavius
Opſonium, nihil nactus elixabo lentem.

3. *Scholiaſtes Ariſtoph. ad Veſpas, ad* ℣. 493.

Medius.

4. *Apoſtol. Cent.* XII, 7. *Suidas in voce.*

Canentem Lityerſen nuper à prandio.

5. *Pollux* Lib. X. c. 20. §. 73.

Lagena coriacea.

quuti ſumus.

'Οψάριον] Hujus vocis cauſâ, adfertur hoc fragmentum, ut liqueat antiquiores Græcos ea voce eſſe uſos, ad *piſciculos* ſignificandos.

5. Λιτυέρσην] Lityerſes Midæ filius fuit, qui invenit cantilenam, quam ruſtici & meſſores canebant. Præter laudatos Scriptores, vide *Pollucem* Lib. I, 38. & IV, 54. *Suidas* autem & *Apoſtolius* hîc *Menandri* Χαλκηδόνιον citant, ἀντὶ τῦ Καρχησονίε, quæ voces ſæpe confuſæ ſunt à Librariis, ut rectè ad *Pollucem* L. X, 73. obſervavit vir doctiſſimus *Tib. Hemſterhuſius.*

IN CALUMNIANTIBUS.

1. *Stobæus Floril. Tit.* XXI.

Dictum illud, noſce te ipſum, hoc ſibi vult, ſi res
Noris tuas, & quid tibi ſit faciendum.

3. *Stephanus in Mylaſa.*

Mylaſenſis

3. *Apud Suidam, in* τὸν ἀΦ' ἱερᾶς.

A ſacra linea in calculorum ludo.

4. 'Αφ' ἱερᾶς &c.] Hujus proverbii meminit præterea *Suidas* in κινῆσω ἀφ' ἱερᾶς & in ἀφ' ἱερᾶς. In calculorum ludo linea fuit, quæ vocabatur *ſacra*, à qua calculum movere erat extremum auxilium tentare.

Digitized by Google

ΕΚ ΤΟΥ ΚΕΚΡΥΦΑΛΟΥ.

α'.

Αὐτόματον ἡμῖν ἀΦανὲς ὂν συλλαμβάνει·
Αὐτόματα γὰρ τὰ πράγματ' ἐπὶ τὸ συμΦέρον
Ῥεῖ, κἂν καθεύδῃς, ἢ πάλιν τἀναντίον.

β'.

——— Παρὰ
Τοῖς γυναικονόμοις δὲ τὰς ἐν τοῖς γάμοις
Διακονοῦντας ἀπογεγράΦθαι πυθόμενος
Πάντας μαγείρους κατὰ νόμον καινόν τινα,
Ἵνα πυνθάνωνται τὰς κεκλημένους, ἐὰν
Πλείους τις ὦν ἔξεσιν ἐσιῶν τύχῃ.

γ'.

Πτερνοκοπίς.

1. Ταυ]ομαί]ων] Ὁν scripsi pro ὦν, adstipulante MS. *Grotiana*. Ταυτόμαϊον aut Ταυ]ομαΐα, ut loquitur *Plutarchus* in Timoleontis vita, idem planè hic sunt ac Fortuna, quamvis ab *Aristotele* distinguantur. Qua de re, vide *Artis Criticæ* Part. 2. Sect. I. c. IX.

2. Αὐ]ομάτα &c.] Hi duo versus alibi repetiti videntur à *Menandro*. Vide fragm. LIV.

3. Ῥεῖ] Fortunæ fluxus & refluxus, ut mari, quemadmodum jam vidimus, tribuitur. Incertus eodem *Stobæi* titulo:

——— ἁπανθ' ὁρῶ
Ἅμα τῇ Τύχῃ ῥέοντα, μεταπίπτοντά τε.

Omnia vidto simul cum Fortuna fluere, & retro cadere, aut refluere.

Κἂν καθεύδῃς] Hoc est, quamvis rem nullo tuo labore juveris, quod voluerunt oculis spectandum dare inimici Timothei, qui pinxerant κοιμώμενον ἐκεῖνον, τὴν δὲ Τύχην δικτύῳ τὰς πόλεις περιβαλλουσαν, *dormientem illum, Fortunam verò retibus urbes ambientem*, ut habet *Plutarchus* in Vita Sullæ p. 454.

4. Παρὰ] Ut sequens versus constaret, hanc vocem quasi ultimum pedem præcedentis Senarii sejunximus.

5. Τοῖς γυναικονόμοις] Magistratus erant minores, qui curabant leges, quæ ad mulieres pertinebant, exsequutioni mandari. Meminit eorum *Pollux* Lib. VIII, 112. si MS. *Jungermanni* credimus, alii

EX VITTA.

1. *Joan. Stobæus Ed. Phyſ. Tit.* X.

CAſus, qui inconſpicuus eſt, nos juvat.
Res enim ſponte ſuâ in utilitatem *noſtram*
Cedunt, ſi dormiveris, aut rurſus in contrariam partem.

2. *Apud Athenæum* Lib. VI. p. 245.

—— Apud
Præfectos mulieribus, qui in nuptiis
Miniſtrant deſcribi cùm audiviſſem
Coquos omnes, ex nova quadam lege,
Ut interrogent vocatos an
Quis plures convivio excipiat quàm licet.

3. *Apud Athenæum* Lib. VI. p. 241.

Quæ calcibus ſtrepitum edit.

---

alii enim habent γυναικοκόσμους. Sed digna ſunt quæ huc transferantur quæ habet *Athenæus* de eo Magiſtratu antequàm Menandri verba proferat: ὅτι δὲ ἦν ἔθος τὰς γυναικονόμους ἐφορᾶν τὰ συμπόσια, καὶ ἐξετάζειν τῶν κεκλημένων τὸν ἀριθμὸν, εἰ κατὰ νόμον ἐστὶ, Τιμοκλῆς ἐν Φιλοδικαστῇ φησιν ὕστως:

Ἀνοίγετ' ἤδη τὰς θύρας, ἵνα πρὸς τὸ φῶς
Ὦμεν καταφανεῖς μᾶλλον, ἐφοδεύων ἐὰν
Βάλῃθ' ὁ γυναικονόμος λαβεῖν ἀριθμὸν,
Κατὰ τὸν νόμον τὸν καινὸν, ὅπως εἴωθε δρᾶν,
Τῶν ἱστιωμένων· ἔοικε δὲ τὐμπαλιν
Τὰς τῶν ἀδείπνων ἐξετάζειν οἰκίας.

Moris. Juiſſe Gynæconomos inſpicere convivia, & examinare vocatorum numerum, an eſſet ſecundùm legem, Timocles in Philodicaſte ſic oſtendit: Aperite jam fores, ut ad lucem ſimus magis conſpicui, ſi ingreſſus voluerit Gynæconomus accipere numerum, ex lege nova, quod ſolet facere convivantibus. Oportuiſſet contrà eorum, qui non cœnant, examinare domos. *Menander in Kekryphalo* &c.

6. Ἀπογεγράφθαι] Ut omnibus eſſent noti & mandata Gynæconomorum acciperent, de obſervando convivarum numero. Vide *Iſ. Caſaubonum* ad *Athenæum* Lib. VI. c. 11.

10. Πτιτροκοπίς] Cognomen Philoxeni Paraſiti, ut docet *Athenæus.*

Digitized by Google

δ'.

Χαιρεφῶν.

ε'.

——— Α. ἡδὺ τὸ

Μύρον παιδίον. Β. ἡδύ· πῶς γὰρ ὦ; νάρδινον.

ς'.

Ἀβυρτάκη.

ζ'.

Εἶτ' εὐθὺς ὅτω τὰς τραπέζας αἴρετε,
Μύρα, σεφάνους ἑτοίμασον, σπονδὰς ποίει.

11. Χαιρεφῶν] Nobilis Paraſitus, cujus, ut prodidit *Athenæus*, hic & in Orge memineratur *Menander*. De eo multa in ſequentibus idem *Athenæus*.

12. Ἡδὺ &c.] Hæc adfert idem, agens de variis unguentis, inter quæ Nardinum recenſet; de quo Evangeliorum Interpretes ſat multa.

15. Εἶτ'] Locum hunc citat *Suidas*, ut oſtendat αἴρειν eſſe προσφέρειν,

ΕΚ ΤΟΥ ΚΙΘΑΡΙΣΤΟΥ.

α'.

Ὡς ποικίλον πρᾶγμ' ἐστὶ, καὶ πλάνον Τύχη.

β'.

Εἰ τοὺς ἀδικηθέντας, πάτερ, φευξόμεθα,
Τίσιν ἂν βοηθήσοιμεν ἄλλοις ῥᾳδίως;

γ'.

Τὸ κεφάλαιόν σε τῶν κακῶν πάντων δάκνει
Πενία; τί γὰρ τοῦτ' ἐστιν, ἧς γένοιτ' ἂν εἷς
Φίλος βοηθήσας ἰατρὸς ῥᾳδίως;

In Titulum. Citharista *Pomponii* citatur à *Nonio*. *Stobæus* Eclog. Phyſ. t. X. & alibi *Citharistam* vocat, in Flor. Tit. IX. plurali numero *Citharistas*.

3. Εἰ τοὺς ἀδικηθέντας &c.] Injuriâ adfectis plerique opem ferre nolunt, ne ſibi inimicos concilient, præſertim ſi ſint potentiores. Attamen Reipublicæ cauſâ fieri ſummopere intereſſet, ut vidimus ad

4. *Ibid.* p. 243.

Chærephon.

5. *Apud eumdem* Lib. XV. p. 691.

—— A. Suave eſt (Nardinum.
Unguentum, ô puer. B. Suave; quid ni enim eſſet? Eſt

6. *Suidas in voce.*

Intritum Perſicum.

7. *Suidas in αἴρειν.*

Tum ſtatim ſic menſas adferte,
Unguenta, coronas para, libationes facito.

admovere.

Μύρα &c.] Ea ſolebant convivium antecedere, ideoque αἴρειν eſt hîc admovere. Notum eſt omnibus accubantibus jam convivis menſam admotam, deinde ſublatam. Vide eos qui de Triclinio, aut Conviviis Veterum ſcripſerunt.

E FIDICINE.

1. *Apud Stobæum de R. N. Tit.* X.

QUàm varia res eſt & fallax Fortuna!

Apud eumdem Flor. Tit. IX.

Si injuriâ adfectos, Pater, fugiamus,
Quibusnam aliis facilè auxilium ferre poterimus?

2. *Ibid. Tit.* XCV.

Leviſſimúmne te malorum omnium mordet
Paupertas? quidnam enim hoc eſt, cujus fuerit vel unus
Amicus opitulatus facilè medicus?

ad fragm. III. Adelphorum.

6. Φίλος βοηθήσας] Si modò ſit ſatis potens & ſatis liberalis; quales pauciſſimi ſemper fuerunt. Itaque ridentem hanc ab amicis exſpectationem vide *Philemonem* fragm. 2⅓. incert. Comœd. Huc reſpicit *Plutarchus*, de Cupid. Divit. T. II. p. 524.

Digitized by Google

δ'.

Ὤιμην ἐγὼ τὰς πλησίας, ὦ Φανία,
Οἷς μὴ τὸ δανείζεσθαι πρόσεχιν, ἐ ζένειν
Τὰς νύντας, ἐδὲ ζρεφομένας ἄνω κάτω
Οἴμοι λέγειν· ἡδὺν δὲ καὶ πρᾷόν τινα
Ὕπνον καθεύδειν, ἀλλὰ τῶν πτωχῶν τινά.
Νυνὶ δὲ καὶ τὰς μακαρίας καλεμένας
Ἡμᾶς ὁρῶ ποιοῦντας ἡμῖν ἐμφερῆ.

ε'.

Ἆρ' ἐζὶ συγγενές τι λύπη καὶ βίος.
Τρυφερῷ βίῳ σύνεζιν· ἐνδόξῳ βίῳ
Πάρεζιν, ἀπόρῳ συγκαταγηράσκει βίῳ.

ς'.

Οὐκ οἰκοσίτας τὰς ἀκρατὰς λαμβάνεις.

ζ'.

——— Φιλόμισον εἶν' αὐτὸν πάνυ,
Ἀκέσματ' εἰς τρυφήν τε παιδεύεσθ' ἅμα.

7. Ὤιμην &c.] Hæc uſque ad vocem καθεύδειν leguntur, apud *Plutarchum* de Tranquill. Vitæ p. 466. Tom. II. Similem huic locum *Philemonis* habet ibidem *Stobæus*. Eſt inter fragm. incert. Comœd. XXXVIII.

14. Ἆρ' ἐζὶ] Primus dumtaxat verſus legitur apud *Stobæum*, duo ſequentes ei ſubjicit *Plutarchus*. Multa habet *Stobæus*, eodem titulo, de miſeriis vitæ, quæ cuiquam probari non opus eſt. Sed ſunt interdum ad ſaniorem mentem revocandi, qui delicatam vitam beatam putant; quam in rem legendus *Plutarchi*, quem dixi, libellus. Pauca tantùm verba exſcribam, quæ paullò poſt *Menandri* locum leguntur: αἱ τῶν βίων ἀντιμεταλήψεις οὐκ ἐξαίρουσι τῆς ψυχῆς τὰ λυπηρὰ καὶ ταραττοντα. ταῦτα δέ ἐσιν ἀπειρία πραγμάτων, ἀλογισία, τὸ μὴ δύασθαι μηδ' ἐπίσασθαι χρῆσθαι τοῖς παροῦσιν ὀρθῶς.

Digitized by Google

7. *Ibid. Tit.* XCVII.

Ego quidem credebam divites, ô Phania,
Quibus non eſt æs alienum, non gemere
Noctibus, neque ſurſum deorſum jactatos *par lectum*
Dicere, hei mihi! ſed dulcem quemdam & ſuavem
Somnum dormire; verùm *talia pati* pauperem quempiam.
Nunc verò etiam qui beati vocamini
Vos video facientes ſimilia, ac nos.

5. *Ib. Tit.* XCVIII. *Plut. de tranquil. vitæ* T. II. p. 466.

Certè cognatio quædam eſt inter mœrorem & vitam.
Ineſt vitæ deliciis fluenti, illuſtri vitæ
Adeſt, cum inope vita *etiam* conſeneſcit.

6. *Apud Athenæum* Lib. VI. p. 147.

Non ſumis auditores domi comedentes.

7. *Apud eumdem* Lib. XII. p. 510.

——— Aiunt eſſe litterarum amantiſſimum,
Et delicatas cantiones ſimul diſcere.

ταῦτα καὶ πολυσίους χειμάζει καὶ πένητας, ταῦτα καὶ γιγαμηκόλας ἀνιᾷ καὶ ἀγοράμυς· διὰ ταῦτα φεύγουσι τὴν ἀγορὰν, εἶτα τὴν ἡσυχίαν ὑφίεισι· διὰ ταῦτα προαγωγὰς ἐν αὐλαῖς διώκουσι, καὶ παρελθόντες εὐθὺς βαρύνονται: *vitæ mutationes non tollunt ex animo quæ angunt & turbant: hæc verò ſunt imperitia in rebus, imprudentia, non poſſe, nec ſcire rectè frui præſentibus. Hæc & divites vexant & pauperes, hæc & conjugatos & cœlibes dolore adficiunt. Propter hæc fugiunt forum, deinde quietem ferre nequeunt. Propter hæc intromitti in aulas conantur, & intromiſſi ſtatim ægrè ferunt.*

17. Οὐκ οἰκοσίους] Adfert *Athenæus*, ad oſtendendum uſum vocis οἰκόσιος.

18. Φιλόμυσον] Loquitur *Athenæus*, de iis qui voluptates ſectabantur.

Digitized by Google

ΕΚ ΤΗΣ ΚΝΙΔΙΑΣ.

α'.

Τ Αυτόματόν ἐςιν, ὡς ἔοικέ πᾳ, Θεὸς,
Σώζει τε ϖϵ πολλὰ τῶν ἀοράτων πραγμάτων.

β'.

Οὐθὲν γένος γένος γὰρ οἶμαι διαΦέρειν,
Ἀλλ' εἰ δικαίως ἐξετάσεις, καὶ γνήσιος
Ὁ χρηςός ἐςιν· ὁ δὲ πονηρὸς καὶ νόθος.

2. Τῶν ἀοράτων &c.] Crediderim hunc esse sensum *Menandri*, Fortunam multa servare incolumia, modo quodam quem non videmus. Sic *Grotius*:

Quod res pleraque nos latendo sospitat.

ΕΚ ΤΟΥ ΚΟΛΑΚΟΣ.

α'.

Οὐδεὶς ἐπλήτησε ταχέως δίκαιος ὤν.

β'.

Α. Σπονδή· δίδϑ σὺ σπλάγχν' ἀκολϑῶν. ποῖ βλέπεις;
Σπονδή. Β. Φέρω πλείω ὅσια. Α. Σπονδή. Β. Καλῶς.
Εὔχϑ Θεοῖς. Α. Ὀλυμπίοις εὐχώμεθα,
Ἢ ὀλυμπίαισι, πᾶσι, πάσαις. Β. Λάμβανε, ϛ
Τὴν γλῶτταν. Α. Ἐν τούτῳ διδόναι σωτηρίαν,

In Titulum. Hanc Comœdiam verterant *Plautus* & *Nævius*, ut testatur *Terentius*, Prologo Eunuchi ℣. 25. & Colacem quidem Plautinam citat etiam *Nonius*. *Terentius* partem ejus in Eunuchum suam transtulit, quod fatetur his verbis, ℣. 30.

Colax Menandri *est*, *in ea est parasitus Colax*
Et miles gloriosus; *eas se non negat*
Personas transtulisse in Eunuchum suam,
Ex Graeca.

Athenæus Lib. VI. p. 258 κεχαραχτήρικε δὲ ὡς ἴνι μάλιςα ἐπιμελῶς τὸν Κόλακα Μένανδρος ἐν τῷ ὁμωνύμῳ δράματι, ὡς καὶ τὸν Παράσιτον

E C N I D I A.

1. *Apud Stobæum de R. N. Tit.* X.

CAſus eſt, ut videtur, neſcio quis Deus,
Servat enim res multas, quas non videmus.

2. *Ibid. Flor. Tit.* LXXXVI.

Genus enim à genere non puto differre;
Sed ſi juſtè inquiſiveris, legitimus *eſt* etiam
Qui bonus eſt, malus verò eſt etiam ſpurius.

Cùm, ſi verum quæramus, nihil ſit αὐτόματον, præter Mentes liberas, & earum cogitationes, merum commentum, idque abſurdiſſimum fuit quod de Caſu & Fortuna vulgò dicebatur. Vide quæ diximus ea de re, *Artis Criticæ* P. 1. Sect. 2. C. IX.

EX ADSENTATORE.

1. *Apud Stobæum Flor. Tit.* X.

NEmo vir juſtus ſubitò dives factus eſt.

2. *Apud Athenæum* Lib. X. p. 659.

A. Libatio. Da tu viſcera ſequens, quò reſpicis?
Libatio. B. Fero plura ſacra. A. Libatio. B. Rectè.
Precare tu Deos. A. Cœleſtes Deos precemur
Et cœleſtes Deas omnes. B. Accipe
Linguam. A. In hoc ut dent ſalutem.

στίον Δίφιλος ἐν Τελεσίᾳ: *expreſſit alcuratiſſimè Adſentatorem Menander in fabula cognomine, ut Diphilus Paraſitum in Teleſia.*

2 Σποιδήν] Diſtinximus hæc in perſonas, ſacrificum & eum qui ſacrificio verbis ac manu miniſtrat. *Grotius.* Videtur ſacra faciens petere vinum, quod libaret.

3. Ὅσια] Erat ὥσια. *Grotius.*

4. Εὐχώμεθα] Erat εὐχόμεθα. *Idem*

5. Ἡ ὁλυμπιαισι πᾶσι, πάσαις] Ita nos ſupplevimus. Erat ὁ λυμπιασι πάσαις. *Grotius.* Sic in hoc & antecedente verſu emendatum erat, in Athenæo Commeliniano anni 1611. quo utor.

Ὑγίειαν, ἀγαθὰ πολλὰ, τῶν ὄντων τε νῦν
Ἀγαθῶν ὄνησιν· πᾶσι ταῦτ' εὐχώμεθα.

γ'.

——— Α. Κοτύλαι χωρῶν δέκα
Ἐν Καππαδοκίᾳ κόνδυ χρυσόν, Στρυθία,
Τρὶς ἔτιον μεζόν γε. Β. Ἀλεξάνδρου γὰρ πλέον
Πέπωκας τοῦ βασιλέως, οὐκ ἔλαττον ———
Α. Οὐ μὰ τὴν Ἀθηνᾶν μέγα γε.——

δ'.

Κώβιος, ἡλακατῆνες, καὶ κυνὸς οὐραῖον.

ε'.

Χρυσίδα, Κορώνην, Ἀντίκυραν, Ἰσχάδα,
Καὶ Νάννιον ἔσχηκας ὡραίαν σΦόδρα.

8. Ὄνησιν] Ὀνησίαν apud *Athenæum. Grotius.* Rectè ὄνησιν in editione mea. Optimè autem *Menander* præsentium bonorum usum à Diis petentem inducit, multa enim sunt, quæ obstare possint quominus iis utamur, quæ habemus, ut avaritia, mœror immodicus, anxietas & similia.

9. Α. Κοτύλας &c.] Hæc habet *Athenæus* loco, quo agit de temulentia Alexandri Macedonis. Emendata autem sunt hæc ad mentem *Is. Casauboni*, Anim. in *Athenæum* Lib. X. c. 9.

10. Κόνδυ] Nomen Persicum vasis cujus meminit *Athenæus* Lib.

ΕΚ ΤΩΝ ΚΟΝΙΖΟΜΕΝΩΝ

α'.

——— Ὥσε μηδεὶς πρὸς Θεῶν
Πράττων κακῶς λίαν ἀθυμήσῃ ποτέ.
Ἴσως γὰρ ἀγαθοῦ τοῦτο πρόΦασις γίνεται.

Πρόφασις] Vel *causa*, ut antea notavimus. Sæpe calamitas occasio fuit melioris sortis, ut Jubæ Numidiæ Regi, alterius Jubæ

Valetudinem, bona multa, eorum verò quæ nunc ſunt
Bonorum uſum; ab omnibus hæc petamus.

3. *Apud eumdem* Lib. X. p. 434.

—— A. Cotylas continens decem
In Cappadocia cõndy aureum, Struthia,
Ter ebibi plenum. B. Plus enim Alexandro
Rege bibiſti, non minùs ——
A. Non magnum hoc per Minervam.

4. *Apud Athenæum* Lib. VII. p. 301.

Gobius, Elacatenes, & Canis cauda.

5. *Apud eumdem* Lib. XIII. p. 587.

Chryſidem, Coronam, Anticyram, Iſchadem
Et Nannium habuiſti valde formoſam.

XI. Ad quem vide *Caſaubonum* Cap. 7.

11. Γάρ] Addidi hoc propter verſum. Sequentia ita hiulca ſunt, ut emendari nequeant.

14. Ἠλακατῆνες] Citat hæc *Athenæus* agens de piſcibus cetaceis, & aptis ad ſalſamenta, qui *Elacatenes* dicebantur. Mendoſè autem habetur ἐν Κόλωσι pro ἐν Κόλακι.

15. Χρυσίδα &c.] Nomina ſunt Meretricum, de quibus agit illic *Athenæus*.

EX LUCTATRICIBUS.

1. *Apud Stobæum, in Floril. Serm.* CVIII.

—— Itaque nemó, per Deos,
In rebus adverſis, nimis umquam animum deſpondeat,
Forſitan enim hoc eſt occaſio boni.

filio, de quo vide *Dionem* Lib. LI.

Digitized by Google

ΕΚ ΤΟΥ ΚΡΗΤΟΣ.

Ὅρα Ἀνδρόγυνον.

ΕΚ ΤΩΝ ΚΥΒΕΡΝΗΤΩΝ.

α'.

——— Ὦ τρισάθλιοι
Ἅπαντες οἱ Φυσῶντες ἐΦ' ἑαυτοῖς μέγα,
Αὐτοὶ γὰρ οὐκ ἴσασιν ἀνθρώπου Φύσιν.

β'.

Ἐπελάθετ' αὐτὸν ὅστις εἶη.

1. Ὦ τρισάθλιοι] Multa contra ſuperbiam digniſſima lectu habet eo titulo *Stobæus*. Res notiſſima eſt, fateor; ſed quotidie in notiſſimas Ethicæ & Prudentiæ leges peccatur, nec umquam hæc ani-

ΕΚ ΤΗΣ ΛΕΥΚΑΔΙΑΣ.

Ἐκ τοῦ Προλόγου. α'.

——— τὸν ὑπέρκομπον
Θυρῶσα Φαῶν' οἰστρῶντι πόθῳ,

In Titulum. Hujus fabulæ, præter eos qui fragmenta ejus protulerunt, meminere *Harpocration* in Λευκὰς, & *Hephæſtionis* Scholiaſtes, cujus verba proferemus. Citatur & a *Nonio* Leucadia *Turpilii*.

Ἐκ τοῦ προλόγου] Hæc ad Prologum retulimus, ob hæc verba Scholiaſtæ *Hephæſtionis* p. 73. ubi de ſtrophis & antiſtrophis inæqualibus quas teſtatur fuiſſe, καὶ περιορισμὸς αὐτῶν, οἷαι ἐσιν εἰσβολὴ τῆς Λευκαδίας Μενάνδρου. Cetera apud ipſum vide. Prologus hic ſtylo ſublimiore fuit, inſtar ſtyli chororum *Ariſtophanis*.

1. Τὸν ὑπέρκομπον &c.] Hæc diſtinximus, prout juſſit *Joſ. Scaliger* ad Auſonium L. II. c. 18. Melior interpres hiſce dari nequit præter *Strabonem*, unde petita ſunt, Lib. X. p. 452. Ed. Par. ubi poſtquam dixit Leucadem fuiſſe ἐπώνυμον τῆ Λευκάτα, addit: πέτρα

E CRETENSI.

Vide Androgynum.

E GUBERNATORIBUS.

1. *Apud Stobæum Flor. Tit.* XXII.

—— O ter miseros.
Omnes, qui spiritus magnos gerunt.
Naturam enim humanam non norunt.

2. *Priscianus* Lib. XVIII. *col.* 1183.

Ignorabat ipse quis esset.

mo nimis obversantur. Quare quotidie lectitanda sunt.

4. Ἐπελάθετ'] Apud *Priscianum* ἐπιλάθετο. *Grotius.*

EX LEUCADIA.

1. *E Prologo. Strabo* Lib. X. p. 452.

—— superbissimum
Venata Phaonem œstro libidinis concita

πρὸ γάρ ἐστι λευκὴ τὴν χρόαν, προκειμένη τῆς Λευκάδος, εἰς τὸ πέλαγος καὶ τὴν Κεφαλληνίαν, ὡς ἐντεῦθεν τὄνομα λαβεῖν. Ἔχει δὲ τὸ τοῦ Λευκάτα Ἀπολλῶνος ἱερὸν, καὶ τὸ ἅλμα τὸ τοὺς ἐρῶντας παύειν πιστευόμενον, ὃ δὴ λέγεται πρώτη Σαπφὼ, ὥς πού φησὶν ὁ Μιναιδῶος, τὸν ὑπέρκομπον. &c. *Rupes enim est albo colore, sita ante Leucadem ad mare & Cephalleniam, ita ut ex ea nomen acceperit. Habet enim Apollinis Leucatæ fanum, & saltum qui amores exstinguere credebatur, ubi dicitur* (saltasse) *prima Sappho, ut alicubi dicit Menander, superbissimum* &c. Respicit ergo *Menander* ad Historiam, quâ ferebatur Sappho se præcipitem in mare illic jecisse, cùm aliter amorem in Phaonem, à quo spernebatur, sedare non posset. Vide interpretes *Strabonis*, & *Sapphûs* Epistolam ad *Phaonem* ab *Ovidio* scriptam.

9.

Ῥίψαι πέτρας ἀπὸ τηλεφανοῦς,
Ἀλλὰ κατ' εὐχὴν σὴν, δέσποτ' ἄναξ.

β'.

Εὐφημείσθω τέμενος
Περὶ Λευκάδος ἄκτης.

γ'.

——— Ὅσις ὑπέχει χρυσίῳ
Τὴν χεῖρα, κἂν μὴ Φῇ, πονηρὰ βούλεται.

δ'.

Ἀεὶ νομίζονθ' οἱ πένητες τῶν Θεῶν.

ε'.

Ἐπίθες τὸ πῦρ, ἡ ζάκορος, οὑτωσὶ καλῶς.
Ἡ ὁ ἱερεὺς τὸν ναὸν κοσμῶν καὶ σαρῶν.

ϛ'.

Συντριβείη

ζ'.

Ζάκορος ἡ κοσμοῦσα τὸν ναὸν, τέκνον.

η'.

Ἡμέρα λευκή.

9. Ἀεὶ νομίζονθ' &c.] Respicere videtur ad locum *Homeri* Odyss. ξ. 56. ubi sic Eumæus Ulyssem, sub mendici specie latentem & tabulo à se exceptum, alloquitur:

Ξεῖν', ἤ μοι θέμις ἔστ', οὐδ' εἰ κακίων σέθεν ἔλθοι,
Ξεῖνον ἀτιμῆσαι, πρὸς γὰρ Διός εἰσιν ἅπαντες
Ξεῖνοί τε πτωχοί τε.

Hospes, non mihi fas est, ne si quidem deterior te venerit, hospitem spernere, à Jove enim sunt omnes & hospites & mendici. Excipien-

ΕΚ ΤΩΝ ΛΟΚΡΩΝ.

α'.

Ὑγιέστερος κρότωνος.

In Titulum] Hanc fabulam laudat *Quintilianus* Inst. Or. Lib. X. cujus verba protulimus ad Ἐπίκληρον.

Digitized by Google

Jeciſſe *ſe* alta ex rupe,
Sed ex voto tuo, domine Rex.

2. *Apud Heſychium in Leucados.*

Celebretur Templum
Juxta Leucadis littus.

3. *Apud Stobæum Flor. Tit.* X.

—— Quisquis auro manum ſubjicit,
Quamvis non dicat, prava *facere* vult.

4. *Ibid. Tit.* XCV.

Semper pauperes creduntur Deorum eſſe.

5. *Ex Suida in* Ζάκορος. *Etymol. in eadem voce.*

Impone ignem, æditua, ſic rectè;
Aut ſacerdos, qui Templum exornat & verrit.

6. *Schol. Ariſtoph. in Aſchaenenſ.* ℣. 283.

Conteretur.

7. *Apud Etymol. in* Ζάκορος.

Æditua eſt, ô fili, quæ templum exornat.

8. *Apud Zenobium Cent.* VI, *Prov.* 13.

Dies alba.

dos, nempe, putabant pauperes, quaſi à Jove mitterentur, ut eorum humanitatem exploraret. Quâ opinione deteriorem utinam nullam habuiſſent!

10. Ἐπίθες &c.] Vide ad Δὶς ἐξαπατῶντα.

14. Ἡμέρα λευκή] *Zenobius* ita dictum vult felicem diem, ex Scytharum conſuetudine, qui cubitum ituri, ſi feliciter proceſſiſſet dies, album calculum in pharetram projiciebant; ſin moleſtè, nigrum. Eum vide & quæ ad eum notavit *Andr. Schottus.*

EX LOCRIS.

1. *Apud Zenobium Cent.* VI. *Prov.* 27.

Sanior crotone.

Κρότωνος] Pulex eſt canum & boum, ſi *Suidæ* credimus, qui proverbium quidem profert, ſed *Menandri* non meminit.

Digitized by Google

ΕΚ ΤΗΣ ΜΕΘΗΣ.

α'.

Εἶτ' οὐκ ἀτοπώτατα πράττομεν καὶ θύομεν;
Ὅπου γε τοῖς Θεοῖς μὲν ἡγορασμένον
Δραχμῶν ἄγω προβάτιον ἀγαπητὸν δέκα·
Αὐλητρίδας δὲ καὶ μύρον καὶ ψαλτρίας,
Μενδαῖον, Θάσιον, ἐγχέλεις, τυρὸν, μέλι,
Μικρᾷ τάλαντον γίνεται τὸ κατὰ λόγον·
Δραχμῶν μὲν ἀγαθὸν ἄξιον λαβεῖν δέκα
Ἡμᾶς, ἐὰν καλλιερηθῇ τοῖς Θεοῖς.
Τούτων δ' εἰ πρὸς ταῦτ' ἀνελεῖν δεῖ τὴν ζημίαν,
Πῶς οὐχὶ τὸ κακὸν τῶν ἱερῶν διπλάζεται;
Ἐγὼ μενοῦν ὧν γε Θεὸς οὐκ ἂν εἴασα
Τὴν ὀσφῦν ἐπὶ τὸν βωμὸν ἐπιθεῖναι ποτὲ,

In Titulum. In hac Comœdia, Parasiti partes videntur eximiæ fuisse. Meminit ejus *Athenæus* Lib. VI, p. 247. ubi de Parasitis agit, memorátque eos, qui Parasitorum meminerant. Voce autem Μέθη non significatur hic propriè consuetudo se se inebriandi, aut etiam is status, in quo sunt ebrii, quod utrumque *Ebrietatis* nomine vocant Latini; sed Convivium, in quo convivæ inebriantur. Si credimus *Athenæo* Lib. II. p. 40. & *Suidæ* μέθαι dicta sunt primùm convivia μετὰ τὸ θύειν, ut θοίναι & θαλίαι. De Etymologia nunc non quæro, sed hinc colligere mihi posse videor convivium hac voce interdum significatum.

1. Εἶτ' οὐκ ἀτοπώτατα] Optimè sic ad *Athenæum Casaubonus*, pro εἶτ' οὐκ ἄπαντα. *Grotius.*

Πράττομεν καὶ θύομεν] Res ipsa ostendit perinde esse, ac si dixisset πράττομεν ὅταν θύωμεν. Talia sunt observanda, ne ubi similia occurrunt, emendare velimus quæ sana sunt.

3. Ἀγαπητὸν] Notum est ἀγαπᾶν τι esse, apud Græcos, *contentum esse re quapiam*, inde ἀγαπητὸν interdum dicitur id quo quispiam est contentus, aut certè contentus esse debet.

4. Αὐλητρίδας &c.] Apparatus convivii, non sacrificii.

6. Μικρᾷ] Subaudi δεῖ *deest.*

Τὸ καθ' λόγον] Τὸ pro τὲ rectè posuit *Casaubonus.* Grotius. Hic desi-

EX EBRIETATE.

1. *Apud Athenæum* Lib. VI. p. 146. & Lib VIII. p. 364.

DEinde an non absurdissima facimus, cùm sacra faci-
Ubi Diis quidem, quæ emta est (mus?
Decem drachmis, duco oviculam, quâ sint contenti.
Tibicinas verò, & unguentum & cantrices,
Mendæum, Thasium vinum, anguillas, caseum, mel
Minùs paullò talento, si *rem* putemus, *emimus*.
Digni sumus qui bonum drachmarum decem accipiamus
Nos, si Diis litaverimus.
Harum si præterea jacturam facere nos oportet,
Quomodo sacrorum malum non duplex fit?
Ego quidem, si Deus essem, non paterer
Lumbum altari umquam imponi,

desinit citatio, quæ exstat Lib. IV. *Athenæi*, reliqua sequuntur, in eodem loco, Lib. VII.

Δραχμῶν μὲν ἀγαθῶν] Omnino ita legendum non ἀγαθῶν, ut habet *Athenæi* editio. *Grotius*. Optimè. Loquentem inducit *Menander* nescio quem religionem sacrificii ex sumtu, potiùs quàm ex animo, perperam æstimantem; quasi Dii, plura offeremibus, plura dare debuissent. Simile quidpiam habuimus in Dyscolo. Sed contra hanc opinionem exstant multa egregia etiam Ethnicorum dicta. Vide *Persium* Sat. II, 69. & seqq. ejusque Interpretes.

Ἡμᾶς] Noli scribere ὑμᾶς. *Grotius*

Τἄλλων] Drachmarum, quæ amittuntur, dum nihil à Diis impetratur; quæ duplex est jactura, si fortè contingat ingrata esse Diis sacra, aut Deos nolle concedere quod ab iis petitur.

Ibidem. Illud εἰ & δεῖ ob sensum, partim & ob versum addidimus. At *Casaubonus* τἄλλων δὲ δεῖ πρὸς ταῦτ' ἀντελεῖν τὴν ζημίαν. *Grotius.*

11. Ἐγὼ μὲν δή &c.] Addidi ἄν, ob versum. Noli autem credere Deum hic introduci loquentem; nam ὥν γε Θεός, est *si Deus sim*, subtricetur enim sæpe ἐὰν. *Idem.*

12. Τὴν ἐσθῆτ' ἐπὶ] Hic ante ἐπὶ erat ἄν, supervacuò. *Idem.*

Ὀσφῦν] Vide Dyscoli ℣. 25.

Digitized by Google

Εἰ μὴ καθήγιζέ τις ἅμα καὶ τὴν ἔγχελυν,
Ἵνα Καλλιμέδων ἀποθάνῃ εἷς τῶν γηγενῶν.

β'.

Οἱ δὲ τὴν ὀσφῦν ἄκραν θύσαντες ——

γ'.

—— Ἐμὲ γὰρ διέτριψεν ὁ
Κομψότατος ἀνδρῶν Χαιρεφῶν· ἱερὸν γάμον
Φάσκων ποήσειν, δευτέραν μετ' εἰκάδα
Καθ' αὐτὸν, ἵνα τέτραδι δεῖπνῃ παρ' ἑτέροις,
Τὰ τῆς Θεᾶ γὰρ παντα χῶς ἔχειν καλῶς.

δ'.

Εἶτ' οὐκ εἶχεν, οὐ πῦρ, οὐ λίθον, οὐκ ἄλλο τι,
Οὐθ' ἕτερον.

14. Ἵνα Καλλιμέδων &c.] Legitur, apud *Athenæum*, συγγενὴς, ſed ſenſus eſt: ſi Deus ſim, velim anguillam mihi ſacrificari, ut hoc videns Callimedon moriatur, tamquam unus Gigantum, id eſt, inimicus Deis. Erat is Callimedon magnus helluo. *Grotius.* Nos amandat, in hujus loci margine, *Dalecampius* ad *Athenæi* Lib. VII. p. 339. ubi dicitur hic Callimedon, cognomine Carabus, fuiſſe φιλιχθυς, ſeu piſcium ac anguillarum amans, & ſtrabus; quod probat *Athenæus* aliquot Comicorum locis. Proferemus unum *Alexidis*, ἐκ Μανδραγοριζομένης, qui huc facit:

—— εἴ τινας μᾶλλον φιλῶ
Ξένους ἐμοῦς ὑμῶν, γενοίμην ἔγχελυς,
Ἵνα Καλλιμέδων ὁ Κάραβος περιαιρῇ με.

Si quos vobis magis diligam alios peregrinos, fieri velim anguilla, ut Callimedon Carabus eman me. Scripſi ἀποθάνῃ pro ἀπέθανεν, quod hic non conveniebat.

15. Οἱ δὲ τὴν &c.] Etymologici verba ſunt hæc: ἱερὸν ὀσφῦν, τὸ ἄκρον τῆς ὀσφύος· ὅλῳ γὰρ κεκλῆσθαι ὅλῳ μέγα ἐστιν, ἢ ὅλῳ κύριον ἐστι πάθος, παρ' ὅσον ἀναιρεῖ, ἢ ὅλῳ ἱερολογεῖσθαι, ἢ ἱερᾶργεῖσθαι τοῖς Θεοῖς. Tum profert verba *Menandri*.

16. Ἐμὲ γὰρ &c.] Hæc ſunt diſtincta ad mentem *Iſ. Caſauboni*, qui quærenti quid ſit ἱερὸς γάμος, reſpondet Athenienſes eo nomine feſtum celebraſſe, memoriæ perpetuandæ nuptiarum Jovis & Junonis. Tum ita pergit: " *Heſychius* ἱερὸς γάμος, ἑορτὴ Διὸς καὶ Ἥ-

Nisi anguillam etiam consecraret,
Ut Callimedon, unus terrigenarum, periret.

2. *Etymologicon M. in* ἱερὸν ὀξύν.

Illi summum crus cùm adolevissent.

3. *Apud Athenæum* Lib. VI. p. 243.

—— Me enim perdidit
Lepidissimus virorum Chærephon, sacras nuptias
Dicens se facturum vigesimo secundo mensis die
Apud se, ut vigesimo quarto cœnet apud alios;
Deæ enim res per omnia bene habere.

4. *Suidas in* ἄλλο, ἕτερον.

Deinde non habebat, neque ignem, neque lapidem, ne-
Nec alterum. (que aliud quid,

„ ρας, nam & natales Deorum suorum norant Veteres & alios „ dies sollemnes. Ergo etiam diem illum norant, quo Jovi nupsit „ Juno; sed norant, ut puto, soli Athenienses, aut cum paucis; „ nam alii populi non adeò ingenioси, quod indicat *Theocritus*, „ qui curiosissimas tantùm fœminarum de nuptiis Jovis & Juno- „ nis satagere affirmat: πάντα, ait, γυναῖκες ἴσανσι, καὶ ὡς Ζεὺς „ ἔγαγετ' Ἥρην. De eo festo *Menandri* versum interpretor, maxi- „ mè quia sequitur τὰ τῆς Θεᾶ γὰρ πανταχῶς ἔχειν καλῶς.

His meliùs nihil occurrebat, addendum tantùm Chærephontem, ut docet *Athenæus*, celebrem fuisse parasitum. Vim etiam dicti non satis adsequimur, nisi fortè unusquisque apud se celebraret festum; quamobrem fingebat Chærephon biduo citiùs quàm alii, apud se, id velle celebrare, ut apud alium cœnaret die quo celebraretur; nam res Deæ per omnia bene habere dicebat, adeóque posse tutò bis nuptias ejus celebrari.

20. Τὰ τῆς Θεᾶ &c.] Ita hic versus exstat, apud *Athenæum*, nec scio cur *Grotius* mutarit in τῇ Θεᾷ, & protulerit tantùm postrema verba à reliquis divulsa, quasi vellet hoc Poëta, Dei esse semper bene habere, non hominis. Hæc non oportuerat divelli. Nec sanè vir summus memorat auctorem, ubi ita devulsa legerit.

21. Εἶτ' &c.] Profert *Suidas*, ut ostendat ἄλλο & ἕτερον aliquando conjungi.

Digitized by Google

ΕΚ ΤΗΣ ΜΕΣΣΗΝΙΑΣ.

α'.

Ἴσσα.

β'.

Τίθημ' ἔχειν χολήν σε καλλιωνύμῳ
Πλείω.

γ'.

Ἀράβιον ἄρ' ἐγὼ κεκίνηκα αὐλόν.

δ'.

ψύλλα.

ε'.

Ἀληθέστερα τῶν ἐπὶ Σάγρᾳ.

ς'.

Ἡγεῖται μὲν ὅλως ἐπικόπανόν τι.

In Titulum. Demetrius de eloquutione tm. CLIV. poſtquàm dixit eſſe ἀνακολουθίαν, quæ dicitur γρῖφος, citavitque Buliam *Sophronis*, ſubdit talem eſſe etiam, apud *Menandrum*, prologum Meſſeniæ: καὶ παρὰ Μενάνδρῳ δὲ ὁ πρόλογος τῆς Μεσσηνίας.

1. Ἴσσα] Ait *Suidas* interjectionem ἐπὶ τῶν ζ λαχόντων καὶ ὅλως δυστυχούντων. *Photius* verò in Lexico MS. dici vult ἐπὶ τῶν ἀπολαχόντων. Quæ quid ſibi velint non ſatis intelligo.

2. Τίθημ' ἔχειν &c.] Docet *Ælianus* Callionymum dici piſcem, qui copioſum fel habet, quam in rem laudat *Ariſtotelem*, *Menandri* hunc locum & *Anaxippum*.

4. Ἀράβιον] Profert quidem verba *Suidas*, ſed ſine nomine Au-

EX

EX MESSENIA.

1. *Suidas in voce.*

Issa.

2. *Ælianus de Anim.* Lib. XIII, c. 4.

Pono te habere fel callionymo
Copiosius.

3. *Apud Suidam & Apostol. in* Ἀράβιος αὐλὸς Cent. IV, 22.

Arabicam certè ego movi tibiam.

4. *Apud Suidas in voce.*

Psylla.

5. *Apostolius Cent.* II, 42. *Zenob.* II, 17.

Veriora quàm quæ apud Sagram.

6. *Pollux* Lib. X. c. 24. §. 101.

Ducit quidem omnino mensa quædam coquinaria.

storis, quem *Menandrum* esse in Messenia testatur *Apostolius*. Proverbium fuit in eos qui garrire non desinunt, quos excitare ad loquendum periculosum est. Sed origo minùs nota est, quam enim habent illi vix cuiquam probare queant.

5. Ψύλλα] Nomen proprium ancillæ, de qua sermo erat in hac Comœdia. Hanc vocem habet etiam *Photius*, in Lexico.

6. Ἀλιθίστερα] Sagra locus apud Locros, unde allatum nuncium, sine auctore, cùm verum esset deprehensum, locum proverbio dedit. Vide Auctores laudatos.

7. Ἠγεῖται] Citantur hæc, ad ostendendum ἐπικόπανον à recentioribus dictam mensam coquinariam. Quid sibi velint nescio.

Digitized by Google

ΕΚ ΤΟΥ ΜΗΤΡΑΓΥΡΤΟΥ.

α'.

Μακάριος ὅσις ἀσίαν καὶ νῷν ἔχει,
Χρῆται γὰρ ὅτος εἰς α δεῖ ταύτῃ καλῶς.
Οὕτω μαθεῖν δεῖ πάντα, καὶ πλεῖστον Φέρειν.
Ἀσχημοσύνης γὰρ γίνετ' ἐνίοις αἴτιος.

β'.

Προτίνων θυρίκλειον τριπότυλον.

γ'.

Εἰ μέν τι κακὸν ἀληθὲς ἔσχες, Φειδία,
Ζητεῖν ἀληθὲς Φάρμακον τότε σ' ἐδει,
Νῦν δ' ἂν ἔχεις, εὕρηκα δὲ κενὸν Φάρμακον
Πρὸς τὸ κενόν· οἰήθητι δ' ὠΦελεῖν τί σε.
Περιμαξάτωσαν σ' αἱ γυναῖκες ἐν κύκλῳ
Καὶ περιθέτωσαν ἀπὸ τριῶν κρηνῶν ὕδωρ·
Τότῳ περιῤῥάναι, ἐμβαλὼν ἅλας, Φακές.
Πᾶς ἀγνὸς ἐσθ' ὁ μηδὲν συνιδὼν κακὸν
Αὐτῷ.

In Titulum. Μητραγυρταὶ dicebantur qui per fora circumferebant imaginem Matris Deûm, cujus nomine mendicabant. De iis jam nonnulla dicta sunt in *Aurigam* & in *Antistitam*, eorumque mentio fieri videtur & in sequente fabula. Vide de *Dionysio μητραγυρτὴν* agente *Aeliani* Var. Hist. Lib. IX. c. 8. & ad eum Interpretes, ac præsertim Illustrem Virum *Gisb. Cuperum* Observationum Lib. III. c. 4.

1. Μακάριος &c.] Protulit etiam *Plutarchus* hæc verba alicubi.

5. Θριάκλειον] Vide ad *Theophorumenen*, ℣. 5.

6. Εἰ μέν τι κακὸν &c.] Hæc quidem à *Clemente* non referuntur ad hanc fabulam; sed cùm ad rem, de qua hic agebatur, pertineant, malaimus hic legi, quam in incertarum Comœdiarum fragmentis. Si quando *Menandri* fabulæ ex occulta Monasterii latebra

EX FAMULO MATRIS IDÆÆ.

1. *Apud Joan. Stobæum Flor. Tit.* XCIV.

FElix qui facultatibus & ingenio pollet,
Utitur enim opibus rectè, in ea in quæ *absumi* par est.
Itaque oportet unumquemque discere etiam divitias fer-
Inhonesti enim animi quibusdam causæ fuerunt. (re.

2. *Apud Athenæum* Lib. XI. p. 472.

Propinans thericleum trium cotylarum.

3. *Apud Clement. Alexand. Str.* VII. p. 713.

Si verum quodpiam haberes malum, ô Phidia,
Verum ejus remedium te quærere oporteret.
Nunc verò non habes, inveni autem inane remedium,
Ad inanem *morbum*; putato verò *id* nonnihil juvare.
Abstergant ~~si~~ mulieres in orbem
Et circumponant aquam è tribus tubis.
Eâ adspergaris cùm injeceris salem, & lentes.
Omnis purus est, qui nullius mali conscius est
Sibi.

(si modò sunt adhuc in rerum natura) erui queant, suo loco hæc collocabuntur; sin minùs, æquè libenter hic legentur, quàm alibi.

Ibidem. Legitur, apud *Clementem*, εἰ μέν τι ἀληθὶς κακὸν εἶχες φιλιάζειν ἀληθὶς φάρμακον τοῖοις σι δεῖ. *Grotius.*

8. Εὕρηκα &c.] Legitur εὕρηκα κενὸν τὸ φάρμακον. *Idem.*

11. Ὕδωρ] Legebatur ὕδατι & quidem in versu sequenti; quod interpretamentum esse putavimus ejus, quod à nobis ibi substitutum est, τούτῳ. *Idem.*

13. Ὁ μηδεὶν] Legebatur contra versum, ὁ μηδὲν αὐτῷ συνειδὼς κακόν. *Idem.*

Ibid. Pulcrè lustrationum ineptias, quæ nitebatur nescio qua pollutionis opinione, risit hic *Menander*. Vide quæ hac de re diximus, *Artis Criticæ* P. 2. Sect. II. c. 7.

Digitized by Google

ΕΚ ΤΟΥ ΜΙΣΟΓΥΝΟΥ.

α'.

——— Σ. πρὸς τὸ πρᾶγμ' ἔχω
Κακῶς. Α. Ἐπαριζερῶς γὰρ αὐτὸ λαμβάνεις,
Τὰ δυσχερῆ γὰρ καὶ τὰ λυπήσαντά σε
Ὁρᾷς ἐν αὐτῷ, τὰ δ' ἀγαθ' οὐκ ἔτι βλέπεις.
Γυνὴ πολυτελὴς ἐς' ὀχληρόν, οὐκ ἐᾷ
Ζῆν τὸν λαβόνθ' ὡς βέλεται. ἀλλ' ἔνεσί τι
Ἀγαθὸν ἀπ' αὐτῆς, παῖδες· ἐλθόντ' εἰς νόσον
Τὸν ἔχοντα ταύτην ἐθεράπευσεν ἐπιμελῶς.
Ἀτυχοῦντι συμπαρέμεινεν· ἀποθανόντά σε
Ἔθαψε, περιέσειλεν οἰκείως, ὅρα
Εἰς ταῦθ', ὅταν λυπῇ τι τῶν κατ' ἡμέραν.
Οὕτω γὰρ οἴσεις πᾶν τὸ πρᾶγμ'. ἂν δ' ἐκλέγῃς
Ἀεὶ τὸ λυπροῦν, μηδὲν ἀντιπαρατιθεὶς
Τῶν προσδεχομένων, οὐ δυνήσῃ διατελεῖν.

β'.

Εὕροις δ' ἂν οὐδὲν τῶν ἁπάντων, Σιμύλε,
Ἀγαθὸν, ὅπου τι μὴ πρόσεστι καὶ κακόν.

In Titulum. Hanc *optimam Comœdiarum Menandri* ait fuisse *Phrynichus*, verbis quæ proferemus ad fragm. 8.

1. Πρὸς τὸ πρᾶγμ' &c.] Hic locus integer legitur apud *Stobæum* Tit. LXIX. sed sine nomine fabulæ; verùm Tit. CVIII. quatuor versus hinc petiti referuntur ad Μισογύνην, cui optimè conveniunt. Quare totum locum huc retraximus, cùm inter fragmenta incertarum Comœdiarum esset alioqui referendus.

Ibid. Hanc partem versûs, cum tribus sequentibus, censuimus præponendam iis qui apud *Stobæum* exstabant. Omnino enim videntur cohæsisse. Depromti autem sunt ex *Clemente* Strom. II. Distinximus personas colloquentes. *Grotius.*

4. Οὐκ ἔτι βλέπεις] Apud *Clementem* pag. 422. ut & *Stobæi* Tit. LXIX. legitur ἐπιβλέπεις. At meliùs Tit. CVIII. ἔτι βλέπεις, quod sequuti sumus.

7. Ἀγαθὸν ἀπ' αὐτῆς παῖδες] Hic ponenda distinctio, qualem notavimus. *Grotius.*

8.

Digitized by Google

E MULIERUM OSORE.

1. *Apud Stobæum Tit.* LXIX. & CVIII.

—— S. Ad rem ipſam adfectus ſum
Malè. A. Siniſtrè, nimirum, *eam* capis,
Incommoda enim & quæ te angunt
Conſideras in ea, nec bona ampliùs reſpicis.
Uxor ſumtuoſa eſt moleſta, nec ſinit,
Ut vult, vivere eum qui illam duxit. Sed eſt aliquid
Ab ea boni, liberi. Si inciderit in morbum,
Is qui eam habet, eum diligenter curat,
Cum adverſis conflictante manet; mortuum te
Sepelit & amicè componit. Reſpice
Hæc, cùm quidpiam quotidianum te angit;
Sic enim rem totam feres. Si verò elegeris
Semper quod triſtitiam creat, nihil opponens
Eorum quæ accepta ſunt, non poteris perdurare.

2. *Ibid. Tit.* CVIII.

Nihil verò inveneris ex omnibus, Simyle,
Boni, ubi non adſit & aliquid mali.

8. Ἐθεράπευσεν] Hoc eſt, curare ſolet, quæ vis frequens eſt Aoriſtorum. Sic & in ſequentibus. Multa ejus rei exempla invenies apud *Thom. Gatakerum* de ſtylo N. T. Cap. VI. & *Joan. Georg. Gravium* Lect. Heſ. Cap. V.

10. Περιέσειλεν οἰκείως ὅρα] Vulgò malè οἰκείως ὁρᾷ. *Grotius.*

12. Ἂν δ' ἐκλίγῃς] Vulgò ἂν δὲ λίγῃς. At titulo CVIII. ubi idem fragmentum citatur, eſt ἂν ἐκλίγῃς, unde hanc lectionem concinnavimus. *Idem.*

14. Τῶν προσδεχομένων] Cùm hic eſſet προσλεγομένων, Titulo autem CVIII. προσδοκωμένων, fecimus quod medium eſt προσδεχομένων, id eſt, προσδεκτῶν. Poſterius autem Hemiſtichium hic habebat ὃ δυνήσῃ διὰ τέλους. Reſtituimus ut vides. *Grotius.*

15. Εὕροις δ' ἂν οὐδὲν &c.] Hi duo verſus quarto ſuperioris fragmenti proximè ſubjunguntur apud *Stobæum* Tit. CVIII. nec fortè malè. Attamen & poſt verſum 14. poni non incommodè poſſint. Vide ſimilem ſententiam in Bœotia.

18.

Digitized by Google

γ'.

Ἐθύομεν δὲ πεντάκις τῆς ἡμέρας,
Ἐκυμβάλιζον δ' ἑπτὰ θεράπαιναι κύκλῳ,
Αἱ δ' ὠλόλυζον.

δ'.

Ἔλκει δὲ γραμματίδιον ἐκεῖ σε δίθυρον,
Καὶ παράσασις.

ε'.

Ἀλλ' ἃ τὰ βίᾳ νὴ ἴσως δεῖ Φροντίσαι;

ς'.

Α. Χαῖρ', ὦ Γλυκέρα. Γ. Καί σ', πολλῷ χρόνῳ
Ὁρῷ σε.

ζ'.

—— Ὄμνυμί
Σοι τὸν ἥλιον, ἢ μήν ποιήσειν γραφὴν
Σοι κακώσεως.

η'.

Τί γὰρ δὴ γῦρος ἐστὶν ἃ συνίημι.

19. Ἐκυμβάλιζον] Legitur apud *Stobæum* ἐκυμβάλισον & mox ὠλόλυζον. *Grotius.* Mendum eſt typographicum, leguntur enim hæc, non apud *Stobæum*, verùm apud *Strabonem*, cujus hæc ſunt verba, Lib. VIII. ἅπαντες τῆς δεισιδαιμονίας ἀρχηγὸς οἴονται τὰς γυναῖκας. αὗται δὲ καὶ τοὺς ἄνδρας προκαλεῖσθαι πρὸς τὰς ἐπιπλέον θεραπείας τῶν Θεῶν καὶ ἑορτὰς καὶ ποτνιασμούς· σπάνιον δ' εἴ τις ἀνὴρ καθ' αὑτὸν ζῶν εὐρίσκεται τοιοῦτος. ὅρα δὲ πάλιν τὸν αὐτὸν ποιητὴν, ἃ λέγει εἰσάγων τὸν ἀχθόμενον ταῖς περὶ τὰς θυσίας τῶν γυναικῶν ἀπατταις, λέγοντα.

—— ἐπιτρίβεσθ' ἡμᾶς οἱ Θεοὶ
Μάλισα τὰς γήμαντας· ἀεί γάς τινα
Ἄγειν ἑορτὴν ἐς· ἀνάγκη.

Τὸν δὲ Μισογύνην, αὐτὰ ταῦτα αἰτιώμενον· Ἐθύομεν καὶ τὰ ἑξῆς. *Omnes ſuperſtitionis duces putant eſſe feminas. Hæ enim viros provocant ad majores cultus Deorum, & feſta & ſupplicationes. Rarò vir quiſpiam, ſeorſim vivens, talis invenitur. Vide iterum Poëtam* (Menandrum quem antea laudarat) *quæ dicit induens ægrè ferentem fraudes mulierum circa ſacrificia, & dicentem:* perdunt Dii nos præſertim qui uxores duximus, ſemper enim feſtum quoddam celebrare neceſſe

3. *Apud Strabonem* Lib. VII. p. 297. Ed. Par.

Sacrificabamus quinquies in die,
Cymbala pulsabant septem ancillæ in orbem,
Aliæ verò ululabant.

4. *Ex Suida & Harpocratione in παράσασις.*

Trahunt te illuc diploma
Et drachma deposita.

5. *Ex Prisciano* Lib. XVIII. col. 1213.

Annon quæ pertinent ad vitam ambos oportet curare?

6. *Ex eodem Ibid. col.* 1193.

A. Salve, Glycera. G. Et tu *salve*, longo pòst tempore
Te video.

7. *Ibid. col.* 1292.

—— Juro
Tibi per Solem, certò facturum litem *me*
Tibi injuriarum.

8. *Phrynichus in Ecl. Attic.*

Quid enim gyrus sit non intelligo.

cesse est; *& Mulierum osorem, hæc eadem vituperantem*, Sacra faciebamus &c.

18. Ἐκυμβάλιζον.] Vide ad Antistitam.

20. Ἕλκει &c.] Γραμματίδιον ὀίθυρον, est diploma, quod duas θυρίδας, sive plagulas habet, qua de re vide Epistolam ad me scriptam, quam inserui *Bibliotheca Selectæ* Tom. IX. Videtur instrumentum, quo quis in judicium vocabatur, spectari.

21. Παράσασις] Drachma deposita ab iis, qui de re privata, inter se disceptarent. Vide *Suidam* & *Harpocrationem*, quibus similia habet etiam *Photius* MS.

22. Ἀλλ' ἴ] Profert *Priscianus*, ut probet à verbo φροντίζειν accusativum regi.

23. Χαῖρε] Idem adfert, ut ostendat Græcos dicere ὅσῳ χρόνῳ.

24. Ὄμνυμι] Priscianus habet, ut probet cum ὄμνυμι accusativum jungi.

27. Τί γὰρ δὴ &c.] *Phrynichus:* Τί καὶ τοῦτο Μένανδρος τὴν καλλίστην τῶν Κωμῳδιῶν τῶν ἑαυτοῦ κατεκηλίδωσεν, εἰπών, τί &c. *Menander* multò meliùs sciebat quæ & ubi usurpandæ essent voces, quàm sexcenti Atticistæ, qualis *Phrynichus* & alii. Ad sequentia fragmenta, nihil est quod animadvertatur.

Digitized by Google

θ'.

Χλαμύδα, καὶ Μύσίαν λογχὴν, ἀορτήν.

ι'.

Σανδάλιον. Ἐπίχρυσοι σανδαλοθῆκαι.

ια'.

Ἐπιπράσκετο Ἀθήνησιν ἡ τῶ μύρε κοτύλη, ὡς μὲν Ἵππαρχος Φησὶν ἐν Παννυχίδι, πέντε μνῶν, ὡς δὲ Μένανδρος ἐν Μισογύνῃ δέκα.

ιβ'.

Φύσει γυνὴ δυσήνιόν τι καὶ πικρόν.

ΕΚ ΤΟΥ ΜΙΣΟΥΜΕΝΟΥ.

α'.

Εἰ γὰρ ἐπίδοιμι τῶτο, τὴν ψυχὴν ἀνα-
Λαβοιμ' ἐγώ· νυνὶ γάρ. ἀλλὰ τοῦ Θεοὺς
Οὕτως δικαίως ἐςὶν εὑρεῖν, ὦ Γέτα;

β'.

——— Ἀφανεῖς γεγόνασιν αἱ σπάθαι.

γ'.

Τί οὐ καθεύδεις: σὺ μ' ἀποκναίεις περιπατῶν.

δ'.

Λακωνικὴ κλείς ἐςιν, ὡς ἐοικέ μοι.

ε'.

Σπαθᾷν.

In Titulum.] *Alciphron* in Epiſt. Glyceræ hujus Comœdiæ meminit. Ad hanc videtur etiam reſpexiſſe *Irenæus* contra Hæreſes Lib. II. c. 27. ubi de incommodis quæ patiebatur Æon Valentinianorum: *Mihi videntur*, inquit, *ejus paſſionem, qui eſt apud Comicum* Menandrum *valde amans &* ODIBILIS, *Æoni ſuo circumdediſſe.* Eodem ſpectavit *Martialis* Lib. XIV. c. 14. de pueris Comœdis:

Non erit in turba quiſquam μισούμενος iſta,
Sed poterit quivis eſſe δὶς ἐξαπαλῶν.

Digitized by Google

9. *Pollux* Lib. VII. c. 19. ỳ. 79. & X, 31. §. 139.
Chlamydem, Myſiam lanceam, aortam.

10. *Idem Ibid.* c. 22. §. 87. & X, 11, 28. §. 50. & 127.
Sandalium. Auratæ ſandalothecæ.

11. *Athenæus* Lib. XV. p. 661.

Vendebatur Athenis unguenti cotyla, ut Hipparchus ait in Pannychide, quinque minis, ut verò Menander, in mulierum oſore, decem.

12. *Apoſtolius* XX, 43.
Natura mulier res eſt effrenis & amara.

EX INVISO.

1. *Apud Juſtinum de Monarchia Dei* p. 107.

SI enim viderim hoc, animum recipiam ego, nunc quidem. Sed ubi Deos
Ita juſtos reperire licet, ô Geta?

2. *Pollux* Lib. X. c. 31. §. 146.
Non ampliùs comparuerunt gladii.

3. *Ariſtoph. Schol. in Veſp.* ỳ. 679. *Suidas in ἀποκναίειν.*
Cur non dormis? Tu me enecas ambulans.

4. *Suidas in* λακωνικαὶ κλεῖδες.
Laconica clavis eſt, ut mihi videtur.

5. *Photius in Lexico MS.*
Se ſe jactare.

Malè legitur *δὶς ἐξάποδος*, neque enim ſic vocatur Comœdia *Menandri*, niſi in vitioſis codicibus *Fulgentii*, quibus utebatur *Hadr. Turnebus* Adverſ. IX, 24. qui tamen rectè vidit ad Menandrum ſpectari.

1. *Εἰ γὰρ* &c.] Citat *Juſtinus*, ut oſtendat à *Menandro* reprehenſos Deos. Sed ſic vulgò ſolebant in Deos invehi, ſi quid adverſi paterentur. Sequentia fragmenta citantur tantùm, ad oſtendendum uſum vocum, quæ in iis occurrunt.

Digitized by Google

ΕΚ ΤΟΥ ΝΑΝΝΙΟΥ.

α.

Ἀθηναῖος βιβ. ιγ'.

ΚΑὶ ἄλλα δὲ πολλὰ ὧν οἶδα δράματα ἀπὸ ἑταιρῶν ἔσχε τὰς ἐπιγραφὰς, Θάλαττα Διοκλέους, Φερεκράτους Κοριαννὼ, Εὐνίκη ἢ Φιδυλλίς Ἄντεια, Μενάνδρου Θαὶς καὶ Νάννιον, Ἀλέξιδος Ὀπώρα, Εὐβούλου Κλεψύδρα.

In Titulum. De meretrice *Nannio*, vide *Suidam* & *Harpocrationem*, quibus adde *Joan. Meurſium* Attic. Lect. Lib. I. c. 17. Citatum aliquid erat à *Stobæo* ex hac Comœdia Flor. Tit. XI. Sed

ΕΚ ΤΟΥ ΝΑΥΚΛΗΡΟΥ.

α'.

—— Καὶ Φύσει
Πῶς εὐάγωγός ἐστι πᾶς ἀνὴρ ἐρῶν.

β'.

Ὦ Ζεῦ πολυτίμητ', οἷόν ἐς' ἐλπὶς κακόν;

γ'.

Ἥκει λιπὼν Αἰγαῖον ἁλμυρὸν βάθος
Θεόφιλος ἡμῖν, ὦ Στράτων, ὡς ἐς καλὸν

In Titulum. Plurali numero laudatur hæc fabula à Scholiaſte *Sophoclis*, ad *Oedipum* Colon. Paſſim contigit ut nunc ſingulari, nunc plurali numero efferantur harum Comœdiarum nomina, ut ſæpiùs jam animadvertimus. Dubitat *Iſ. Caſaubonus* an eadem ſit ac Κυβερνῆται, in Athen. Lib. IV. c. 18. *Cæcilii* Nauclerus citatur à *Nonio*.

2. Εὐάγωγός] Nempe, ab ea quam amat, quæ eum facilè eò adducit, quò vult. *Heſychius*: εὐαγωγὸν, εὐχερὲς, καλῶς, εὐκόλως ἀγόμενον. Galli ſimiliter, *facile à mener*.

4. Οἷόν ἐς' ἐλπὶς κακόν;] Huc facit elegans Elegia de Spe, inter ve-

EX NANNIO.

1. *Athenæus* Lib. XIII. p. 567.

ETiam alia multa Dramata, quæ novi, inſcriptiones habent à meretricibus, Thalatta Dioclis, Pherecratis Corianno, Eunici vel Phidyllii Antea, Menandri Thaïs & Nannium, Alexidis Opora, Eubuli Clepſydra.

verba Poëtæ excidiſſe videntur, niſi ſint ſenarii nonnulli, qui inferiùs leguntur, & malè nomen Poëtæ ſit collocatum.

EX NAVICULARIO.

1. *Apud Stobæum Flor. Tit.* LXIII.

—— & natura
Quodammodo tractabilis eſt quivis amat.

2. *Ibid. Tit.* CXII.

O Jupiter multùm colende, quantum malum ſpes eſt!

3. *Apud Macrobium Saturn.* Lib. V. cap. 21. & *Athenæum* Lib. XI. p. 474.

Venit relicto Ægæi ſalſo profundo
Theophilus nobis, ô Strato, ad egregium

vetera Poëmatia à *P. Pithœo* edita, cujus initium eſt:

Spes fallax, ſpes dulce malum, ſpes ſumma malorum,
Solamen miſeris, quâ ſua fata trahunt.

3. Ἥκει &c.] Adfert hæc verba *Athenæus*, ut oſtendat *κάνθαρον* dictum fuiſſe navigii genus. Eàdem de cauſa citantur à *Macrobio*, Saturn. Lib. V. Videtur hîc neſcio quis nunciare Stratoni adventum Patris Theophili. Apud *Macrobium*, pro τόνδε χρυσῶν, malè legitur τόνδ' ἰχρύσων, ſed vice verſâ apud eum ſunt poſtrema verba ὦδε &c. quæ non leguntur apud *Athenæum*. Subaudio προσφέρω, aut ſimile quid.

Τὸν υἱὸν εὐτυχῶν τε καὶ σεσωσμένος.
Πρῶτος δ' ἐγώ σοι τόνδε χρυσῆν κάνθαρον.
Στ. Ποῖον; Α. τὸ πλοῖον, οὐδέ μ' οἶσθα σ' ἄθλιε;

δ'.

Α. Τὴν ναῦν σεσῶσθαί μοι λέγεις; Β. Ἐγώ. Α. Ἐμὴν
Τὴν ναῦν ἐκείνην, ἣν ἐποίησε Καλλικλῆς
Ὁ καλούμενος, Εὐφράνωρ δ' ἐκυβέρνα Θούριος.

ε'.

Ὦ φιλτάτη γῆ μῆτερ, ὡς σεμνόν σΦόδρ' εἶ
Τοῖς νοῦν ἔχουσι κτῆμα, πολλοῦ τ' ἄξιον.
Ὡς δῆτ' ἐχρῆν εἴτις πατρῴαν παραλαβὼν
Γῆν καταΦάγοι, πλεῖν τοῦτον ἤδη διὰ τέλους,
Καὶ μηδ' ἐπιβαίνειν γῆς· ἵν' οὕτως ἤσθετο
Οἷον παραλαβὼν ἀγαθὸν οὐκ ἐΦείσατο.

ς'.

Ὁ, τε Πολυνείκης πῶς ἀπώλεθ', οὐχ ὁρᾷς;

7. Τὸ πλοῖον] Huc respicit *Suidas*, in Ναξιηρχὴς κάνθαρος, ubi ex MS. Parisiensi hæc verba restituit vir Græcarum litterarum scientissimus *Lud. Kusterus*, Ἀττικῶς δὲ Μένανδρος ἐν Ναυκλήρῳ κάνθαρον εἶπε πλοῖον εἶναι: *diserte Menander in Nauclero cantharum dixit navem esse.*

9. Τὴν ναῦν &c.] Recitatis superioribus versibus, hos μετ' ὀλίγα fuisse ait *Athenæus.*

ΕΚ ΤΟΥ ΝΟΜΟΘΕΤΟΥ.

α'.

Ἕτερα λυχνοῦχος, ἑτέρα λήκυθος.

β'.

Νόμος ὁ Φυλαχθεὶς οὐδέν ἐστιν, ἢ νόμος,
Ὁ μὴ Φυλαχθεὶς καὶ νόμος καὶ δήμιος.

In Titulum.] Laudatur νομοθέτης ab *Athenæo* inter Comœdias, ubi Parasiti mentio facta erat, Lib. VI. p. 247. Sic etiam vocat *Quintilianus* Inst. Lib. X. c. 1. *Ammonius* plurali numero effert νομοθέτας.

2.

Digitized by Google

Filium felix & ſalvus.
Primus ego tibi hunc aureum cantharum *adfero*.
ST. Qualem? A. Navem, annon me intelligis, miſer?

4. *Apud Athenæum* Lib. XI. p. 474.

A. Navem ſervatam eſſe mihi dicis? B. Aio. A. Meam
Navem illam, quam fecit Callicles (erat?
Qui vocatur, & cujus Euphranor Thurius gubernator

5. *Apud Athenæum* Lib. IV. p. 166.

O cariſſima terra mater, quàm *verè* maximi facienda es
Ingenio pollentibus poſſeſſio, & ingentis pretii!
Certè oportuit, ſi quis paſternam nactus
Terram comediſſet, hunc perpetuò navigare.
Neque inſiſtere ampliùs terræ, ut ſic ſentiret
Cui bono accepto non pepercisſet.

6. *Scholiaſtes Sophoclis ad Oedipum Colon.* p. 316. Ed. St.

Et Polynices quomodo perierit *non* vides?

Ibid. Ἐγώ. A. ἰμὴν] Legitur apud *Athenæum*, ἐγὼ τὴν ἰμὴν. *Grotius.*
10. Τὴν ναῦν] Pro κτίσην ναῦν ἐποίησε Καλλίκλης, malè cohærente ſenſu. *Idem.*
11. Ὁ καλούμενος] Legitur τὸν καλούμενον Εὐφράνορ' ἐκυβέρνα. *Idem.*
12. Ὦ φιλτάτη &c. Sic alloquitur neſcio quis terram Atticam, quam navigationis cauſâ, ut opes ſibi pararet, reliquerat; & quam libens, abſolutâ navigatione, videbat.

EX LEGISLATORE.

1. *Apud Ammon. de diff. voc. in* λυχνίον.

ALterius candelabrum, alterius lecythus.

2. *In Coll. Menandri & Philemonis.*

Lex ſervata nihil eſt præter legem,
Non ſervata eſt lex & carnifex.

2. Νόμος &c.] Tria hæc elegantiſſima fragmenta, ad hanc fabulam retulimus, ad quam videntur pertinuiſſe. Si quando liceat integram comœdiam nanciſci, libenter videbimus an bene conjecerimus.

Digitized by Google

γ'.

Νόμον Φοβηθεὶς μὴ παραχθήσῃ νόμῳ.

δ'.

Μὴ πάσχε πρῶτον τὸν νόμον καὶ μάνθανε,
Πρὸ τοῦ παθεῖν σε, τῷ Φόβῳ προλαμβάνε.

ΕΚ ΤΗΣ ΞΕΝΟΛΟΓΙΑΣ.

α'.

Οὕτως ἀσυλλόγιστον ἡ Τύχη ποιεῖ,
Τὸ συμφέρον τί ποτ' ἐστὶν ἀνθρώπῳ βίῳ.
Χρῆται νόμοις καθ' οὓς κινεῖ τὰ πράγματα;
Οὐδ' ἔστιν εἰπεῖν ζῶντα, ταῦτ' οὐ πείσομαι.

β'.

Ἀνδρὸς πένητος υἱὸς ἐκτεθραμμένος
Οὐκ ἐξ ὑπαρχόντων, ὁρῶν ἠσχύνετο
Τὸν πατέρα μικρ' ἔχοντα. παιδευθεὶς γὰρ εὖ
Τὸν καρπὸν εὐθὺς ἐδίδα χάριτος καλόν.

In Titulum. Theon Sophista Progym. Cap. IV. p. 63. vocat Ξενολόγον hanc fabulam, & profert ex ea versus, quos jam habuimus in Dardano.

1. Ἡ Τύχη] Illud ἡ addidimus, versu desiderante & adstipulante MS. *Grotius.*

2. Τὸ συμφέρον] Malè editiones aliæ συμφόρον. *Idem.*

3. Χρῆται νόμοις &c.] Sic legimus, deletâ negatione ἃ ab initio, quæ vitiat versum, & detractâ litterulâ, nam in editione *Gul. Canteri* legebatur χρίνει, pro κινεῖ, sine sensu ullo. Contrà sensus

3. *Ibidem.*

Legem si verearis, non terreberis lege.

4. *Ibidem.*

Ne patere primùm legis *pœnam*, eámque intellige,
Sed antequàm patiaris, metu antevertito.

EX MILITUM CONSCRIPTIONE.

1. *Apud Stobæum de R. N. Tit.* X.

SIc facit Fortuna, ut ratione colligi nequeat,
Quid tandem conducat hominis vitæ.
An utitur *certis* legibus, ex quibus res moveat?
Neque licet vivo dicere: hæc non patiar.

2. *Apud Theonem in Progymn.* C. IV. p. 63.

Viri pauperis filius educatus
Ex iis quæ *pater* non habebat, videns, erubuit
Patrem parva habere; educatus enim bene
Fructum statim reddidit beneficii egregium.

est manifestus; Fortunam, nempe, sine lege omnia mutare. Duriùs & audaciùs mutarat *Grotius*:

Οὐ χρὴ νόμων κατ' ἂς κρίνωμεν πράγματα.

Quod vertit:

Dijudicari nequit hoc certis legibus.

4. Ταῦτ' ἀ πεισομαι] Vulgò τ' αὖτ' minus rectè. *Grotius.* In Enchiridio, unde hic etiam versus profertur, est τῶτ'. Locum vide.

5. Ἀνδρὸς &c.] Citat hæc *Theon*, quasi fuissent ἐν ἀρχῇ τοῦ τε Δαρδάνου, καὶ τοῦ Ξενολόγου. Ideóque repetenda hic quoque censuimus.

Digitized by Google

ΕΚ ΤΗΣ ΟΛΥΝΘΙΑΣ.

α'.

Ὡς οὐχ ὑπάρχων, ἀλλὰ τιμωρούμενος.

β'.

——— Ὡς ἄδικον, ὅταν ἡ μὲν Φύσις
Ἀποδῷ τι σεμνόν, τοῦτο δ' ἡ Τύχη κακοῖ.

γ'.

Περιθέτη.

δ'.

——— μετ' Ἀριστοτέλους
Γὰρ τέτταρας ὀβόλους τῆς ἡμέρας Φέρων.

1. Ὡς οὐχ ὑπάρχων &c.] Apud *Zenobium* malè vellet legi *And. Schottus* Perinthiam, pro Olynthia, ut bene animadvertit *Joan.*

ΕΚ ΤΩΝ ΟΜΟΠΑΤΡΙΩΝ.

α'.

Ἅπας ἐρυθριῶν χρηστὸς εἶναί μοι δοκεῖ.

β'.

Χρηστοῖς νομιζομένοις ἐΦόδιον ἀσΦαλὲς
Εἰς πάντα καιρὸν, καὶ Τύχης πᾶσαν βοπήν.

γ'.

Ἦν δῆλον οὖν τί νυμΦίος τε ἀλΦάνει.

1. Ἅπας ἐρυθριῶν &c.] Huc pertinet illud *Adelphorum Terentii* Act. IV. S. V, 9. *Erubuit, salva res est.*

2. Χρηστοῖς] Ita emendavimus, pro χρησὸς νομιζομένης. *Grotius.* Ἐφόδιον] Ut viaticum auxilio est iter facientibus; ita & probi-

Digitized by Google

EX OLYNTHIA.

1. *Apud Zenobium Cent.* VI. *Prov.* 51.

Non ut *lædere* incipiens, ſed ut ulciſcens.

2. *Apud Stobæum Flor. Tit.* CVII.

Quàm iniquum eſt, cùm Natura quidem
Reddit aliquid egregium, Fortuna verò hoc vitiat!

3. *Pollux* Lib. X. c. 41. §. 170.

Appoſiticia coma.

4. *Suidas in* Φέρειν.

—— Cum Ariſtotele
Enim quatuor obolos quotidie auferens.

Meurſius in Bibl. Attica.

E GERMANIS.

1. *Apud Stobæum Flor. Tit.* XXXI.

Quiſquis erubeſcit bonus eſſe mihi videtur.

2. *Ibid. Tit.* XXXVII.

Iis qui habentur probi, *eà opinio* eſt viaticum tutum
In quodvis tempus & quamvis Fortunæ inclinationem.

3. *Apud Suidam in* ἀλΦάνει.

Clarum igitur erat quid & ſponſus inveniat.

tatis fama in vita. Ita ſæpe *ἐφόδιον* ſumitur.

4. Ἦν δῆλον] Adfert *Suidas*, ut oſtendat uſum verbi *ἀλφάνει*, *ἀντὶ τοῦ εὑρίσκει*.

Digitized by Google

ΕΚ ΤΗΣ ΟΡΓΗΣ.

α'.

Οὐκ ἔζι μοιχοῦ πρᾶγμα τιμιώτερον,
Θανάτῳ γάρ ἐζιν ὤνιον.

β'.

Καί τοι νέος ποτ' ἐγενόμην κἀγώ, γύναι,
Ἀλλ' οὐκ ἐλούμην πεντάκις τῆς ἡμέρας
Τότ'· ἀλλὰ νῦν. οὐδὲ χλανίδ' εἶχον· ἀλλὰ νῦν,
Οὐδὲ μύρον εἶχον· ἀλλὰ νῦν. καὶ βάψομαι,
Καὶ παρατιλοῦμαι, νὴ Δία, καὶ γενήσομαι
Κτήσιππος, οὐκ ἄνθρωπος, ἐν ὀλίγῳ χρόνῳ·
Καθὼς ἐκεῖνος κατέδομαι καὶ τοὺς λίθους
Ἀπαξάπαντας, οὐ γὰρ οὖν τὴν γῆν μόνην.

In Titulum. Primam hanc fuisse *Menandri* fabulam prodidit *Eusebius* in Chronico ad Olymp. CXIV, 4. Μενανδρος ὁ Κωμικὸς ποιητὴς πρῶτον δρᾶμα διδάξας Ὀργὴν ἐνίκα: Hieronymo interprete: *Menander primam fabulam cognomento Orgen docens superat.*

1. Οὐκ ἔζι &c.] Ita rectè maximus *Scaliger*, cùm vulgò ἀτιμώτερον legeretur. Res pretiosa adulter, nam sæpe mulieri morte constat. *Grotius.* Vide *Joan. Meursium* Them. Atticæ Lib. I. c. 4. & 5. Possit etiam intelligi de mœcho, qui deprehensus in adulterio impune occidi poterat, ex Solonis legibus, ut docet *Plutarchus*, T. I. p. 90. Qui sic occidebatur is moechi nomen morte sibi comparabat.

Καί τοι νέος &c] Luxuriosus senex loquens inducitur, imitator Ctesippi, Chabriæ filii, cujus turpia facta, & luxuriem describit *Athenæus.*

4. Πεντάκις τῆς ἡμέρας] Luxuriosi & voraces sæpiùs interdiu lavabantur. Vide diarium Alexandri Lib. VII. *Arriani* sub finem.

5. Χλανίδα] Sic tenuior & mollior læna, apud Atticos, vocabatur, ut docet *Pollux* Lib. X, 124. Juvenis chlamydem, seu crassiorem tunicam gestaverat.

6.

Digitized by Google

EX IRA.

1. *Apud Stobæum Fl. Tit.* VI.

NUlla res eſt mœcho pretioſior,
Qui morte venalis eſt.

2. *Apud Athenæum* Lib. IV. p. 166.

Etiam ego adoleſcens aliquando fui, mulier,
Sed non lavabar quinquies *uno* die
Tunc, ſed nunc *fiet*; nec lænam habebam, ſed nunc *habebo*;
Neque unguentum habebam, ſed nunc *mihi erit*, & tingar;
Et pilos vellam, per Jovem, & evadam
Cteſippus, non homo, brevi tempore.
Sicut ille deglutiam lapides ipſos
Omnes prorſus, non terram ſolam.

6. Βάψομαι] Crines & barbam ſibi pingebant luxurioſi ſenes, ut juniores amicæ viderentur; qua de re copioſe & eruditè egit *Hadr. Junius* Lib. de Coma p. 552. & ſeqq. nuperæ editionis Roterodamenſis.

7. Παρατιλᾶμαι] Homines ſeveriores nullo modo vellebantur, molliores totum corpus velli curabant; quo reſpicit *Seneca* Ep. CXIV. *Alter ſe juſto plus colit, alter ſe juſto plus negligit; ille & crura, hic nec alas quidem vellit.* Sed & hac de re, ne plures memorem, ſat multis egit idem *Hadr. Junius* p. 476. & ſeqq.

Κτήσιππος &c.] Filius Chabriæ, ut diximus, clariſſimi Athenienſium ducis, ſed patri diſſimillimus. Κτήσιππος ὁ Χαβρίου υἱὸς εἰς τοσοῦτον ἦλθεν ἀσωτίας, ὡς καὶ τὸ μνῆματος τὸ πατρὸς, εἰς ὃ Ἀθηναῖοι χιλίας ἀνήλωσαν δραχμὰς, τὰς λίθους πωλῆσαι εἰς τὰς ἡδυπαθείας: *Cteſippus, Chabriæ filius, ad tantum luxum devenit, ut etiam monumenti patrii, in quod Athenienſes mille drachmas abſumſerant, lapides venderet, in voluptates ſuas.* Verba ſunt *Athenei.* Lib. VI. p. 165. Hinc videmus cur dicat hic ſenex luxurioſus, ſe lapides ipſos comeſturum.

Digitized by Google

γ'.

Ὁ λιμὸς ὑμῶν τὸν καλὸν τοῦτον δακὼν
Φιλιππίδην λεπτότερον ἀποδείξει νεκρόν.

δ.

——— Διαφέρει Χαιρεφῶντος οὐδὲ γρὺ
Ἄνθρωπος ὅσις ἐστὶν, ὃς κληθείς ποτε
Εἰς ἑστίασιν δωδεκάποδος, ὄρθριος
Πρὸς τὴν σελήνην ἔτρεχε τὴν σκιὰν ἰδὼν
Ὡς ὑστερίζων, καὶ παρῆν ἅμ' ἡμέρᾳ.

ε'.

Τοῦθ' ἑταῖρός ἐστιν ὄντως· οὐκ ἐρωτᾷ πηνίκα
Δεῖπνόν ἐστιν, ὥσπερ ἕτεροι, καὶ τὶ δειπνεῖν κωλύει
Τοὺς παρόντας, εἶτα δεῖπνον ἕτερον εἰς τρίτην βλέπει,
Εἶτα περίδειπνον πάλιν.

ς'.

Ἀριστόδειπνον καὶ ἄδειπνον.

ζ.

Οὐ μάτην.

12. Φιλιππίδην λεπτότερον] Poëta fuit Comicus, cujus tenuiſſimum fuit corpus, ut hoc loco aliiſque probat *Athenæus*.

13. Διαφέρει &c.] Rectè *Caſaubonus*, οὐδὲ γρὺ pro οὐδέπω. At initio verſûs οὐδ' ὁ nihil opus addi. *Grotius*.

15. Δωδεκάποδος] Nempe, σκιᾶς. Locum hunc multis explicuit *Iſ. Caſaubonus* ad *Athenæum* Lib. VI. c. 10. ubi oſtendit locis Veterum, ex longitudine umbræ de hora diei conjecturam factam. Umbra autem illa è gnomone Horologii ſciotherici deſumebatur; non è corpore humano, ut volebat *Cl. Salmaſius* in Exercit. ad *Solinum* p. 446. & 455. quem confutavit *Dionyſ. Petavius* Diſſ. Var. Lib. VII. c. 7. Sed dignus eſt præſertim, qui hanc in rem legatur *Caſaubonus*, longior enim eſt locus, quàm ut hic exſcribatur.

Digitized by Google

3. *Apud Athenæum* Lib. XII. p. 552.

Fames veſtra formoſum hunc ubi momorderit,
Philippide gracilius faciet cadaver.

4. *Apud Athenæum* Lib. VI. p. 243.

——— à Chærephonte nullo modo
Homo differt, quiſquis eſt, qui vocatus aliquando (mane
Ad convivium, cùm umbra decem pedum foret, ſummo
Ad Lunam cucurrit conſpicatus umbram,
Quaſi *æquo diutiùs* moratus, & adfuit unà cum die.

5. *Ibidem.* p. 247.

Hoc amicus revera eſt, non interrogat quando
Cœna futura ſit, ut alii, & quid cœnare vetet
Præſentes, tum aliam cœnam in perendinum proſpicit,
Poſtea iterum ſilicernium.

6. *Pollux* Lib. VI. c. 17. §. 102.

Prandio-cœnam & incœnatum.

7. *Heſychius in voce.*

Non verè.

Ὄρθριος] Idem rectè pro ὄρθιος. *Grotius. Caſaubonum* intelligit.

18. Ἐξὶν ὅλως] Pro ὅλως ἐξὶν, molliendo verſui. *Grotius.* Loquebatur neſcio quis, apud *Menandrum*, de vero amico, ab omnibus paraſiticis artibus alieno. Paraſiti enim ſolebant aliam ex alia cœnam captare.

20. Εἰς τρίτην βλίπει] Sic cùm legatur apud *Athenæum*, & optimo quidem ſenſu, mendoſum eſt *Grotii* τρίπει. Vertit ipſe *quærit*, diſpicit, βλίπει.

21. Περίδειπνον] Legebatur apud *Athenæum* πρὸ δεῖπνον. Expoſuimus Latinis verſibus. *Grotius.* Nempe, ſilicernium, vel funebrem cœnam.

22. Ἀριστόδειπνον] Prandium ad cœnam uſque protractum.

Digitized by Google

ΕΚ ΤΟΥ ΠΑΙΔΙΟΥ.

α'.

Εἰς πάντα δουλεύειν ὁ δοῦλος μανθάνει;
Πονηρὸς ἔσται. μεταδίδου παῤῥησίας,
Βέλτιστον αὐτὸν τοῦτο ποιήσει πολύ.

β'.

Ἐφέσια τοῖς γαμοῦσιν οὗτος περιπατεῖ
Λέγων ἀλεξιφάρμακα.

γ'.

Μαράγδου εἶναι ταῦτ' ἔδει, καὶ σάρδια.

δ'.

Ἐνταῦθ' ἀπόστα μικρόν.

ε'.

Χρυσοῦν ἐπόρισας. εἶθε λιθοκόλλητον ἦν.
Καλὸν ἦν ἂν οὕτως.

In Titulum. A *Nonio* citantur *Turpilius* & *Nigidius* Pedio, ubi fortè legendum *Pedio*. *Athenæi* Codices habent tamen *ἐν Πεδίῳ*, *in campo*.

1. *Εἰς πάντα δουλεύειν*] Qui per omnia paret, neque umquam monet herum de iis quæ jubetur, quamvis pernicioſa imperentur. Eſt apud *Stobæum* Ἀπαντα, unde *Geſnerus* & *Grotius* conjecerunt. *εἰ πάντα*. Malui *εἰς πάντα*, nimirum, *in omnia* flagitia, quæ facere jubeatur.

4. Ἐφέσια &c.] Apud *Suidam*, ἄλλως. Ibidem initio verſûs παιδίων irrepſerat, qui titulus eſt Comœdiæ. At Ἐφέσια ibidem titulum eſſe non putem; nam Epheſus celebrata magicis artibus, ut oſtendit locus in Apoſtolicis Actis XIX. collatus cum lectione Syriaca & Arabica & proverbium Ἐφέσια γράμματα. Nuptias facientibus metuendas incantationes, & adverſûs has eſſe quædam verborum remedia, vetus eſt vulgi opinio, nec jam planè exoleta. *Grotius*. Non malè *Apoſtolius* Cent. IX, 39. ἐπῳδαί τινες ἦσαν ἃς

Digitized by Google

E PUERO.

1. *Apud Stobæum Flor. Tit.* LXII.

DIſcitne ſervus per omnia ſervire?
Nequam eſt; concede ei loquendi libertatem,
Faciet hoc eum longè optimum.

2. *Suidas in ἀλεξιΦάρμακα.*

Epheſia nubentibus hic ambulat,
Dicens Alexipharmaca.

3. *Apud Athenæum* Lib. III. p. 94.

Smaragdos hæc eſſe oportebat & Sardia.

4. *Apud Suidam in ἀπόστα.*

Huc recede parumper.

5. *Apud Pollucem* Lib. X. c. 50. §. 187.

Aureum (*calicem*) dediſti, utinam gemmatus eſſet!
Tum ſic rectum eſſet.

φωνᾶῖς ἐνίκων ἐν πᾶσι: *incantationes quadam erant, quas pronunciantes vincebant in omnibus.* Ad quem locum vide *Pet. Pantinum*, qui indicabit eos qui hac de re egerunt. Credibile eſt uxorem ducentes ſimili ſuperſtitione captos aut recitaſſe talia, aut recitantem audiſſe, antequàm conſcenderent nuptialem lectum; quaſi apta ad conſummationem matrimonii, contra magicas aliorum artes, procurandam.

6. Μαράγδας &c.] Prolato hoc loco, *Athenæus* ait μάραγδον ſine Σ dicendum, quòd deducatur ἀπὸ τῦ μαρμαίρειν *ſplendere.* Similia habet *Euſtathius* in Homerum p. DCCCXLII. 52. & DCCCLIII. 49. Malim dici μάραγδον & σμάραγδον, ut μικρὸς & σμικρὸς & alia id genus.

8. Λιθόκολλητον] Λιθοκόλλητα & λιθόκολλα ſunt vaſa lapidibus pretioſis vincta, ut, prolato etiam hoc *Menandri* loco, oſtendit *Claud. Salmaſius* in *Solinum* p. 139. Ed. Ultraject.

Digitized by Google

ΕΚ ΤΗΣ ΠΑΛΛΑΚΗΣ.

α'.

Πολλὰς λογισμὰς ἡ πονηρία κυκλεῖ.

β'.

——— Ἀλλὰ τῶν
Χρηζῶν ἔχει τιν' ἐπιμέλειαν καὶ Θεός.

γ'.

——— Μικρὰν ἐπέμειναν προσέχει,
Ἡγόρακά σοι περιττέρια λέγων.

3. Ἐπιμέλειαν] Hoc est, singularem quamdam curam. *Hesychius:* ἐπιμέλεια, σπουδή.

ΕΚ ΤΩΝ ΠΑΝΝΥΧΙΔΩΝ.

α'. Αἰλιανὸς Ζώων Ἰσωρίας βιβ. ζ'. κ. ιθ'.

Ἤκουσα δὲ κυνοκέφαλον καὶ παρθένοις ἐπιμανῆναι, καὶ μέντοι καὶ βιάσασθαι, ὑπὲρ τὰ μειράκια τὰ τῶ Μενάνδρω ἐν ταῖς Παννυχίσιν ἀκόλαστα.

Παννυχὶς, interprete *Hesychio*, est ἐστὶ νυκτερινὴ σὺν ὅλῳ τῷ οἴκῳ. Multæ nequitiæ admittebantur ab adolescentibus & mulierculis, aut puellis in ejusmodi pervigiliis, quas occultabant tenebræ.

EX

EX PELLICE.

1. *Stobæus Flor. Tit.* II.

NEquitia multas ratiocinationes verſat

2. *Ibid. Flor. Tit.* XXXVII.

—— Verùm
Bonorum quamdam curam gerit etiam Deus.

3. *Apud Athenæum* Lib. XIV. p. 654.

—— Cùm paullulùm manſiſſet adcurrit
Dicens: emi tibi columbas.

5. Περιστέρια] Hujus vocis uſum oſtendit *Athenæus*, ex hoc loco *Menandri*, & aliorum verbis.

IN PERVIGILIIS.

1. *Ælianus Hiſt. Anim.* Lib. VII. c. 19.

AUdivi Cynocephalos aliquando virginum amore inſaniiſſe, iiſque vim intuliſſe, majore quàm adoleſcentes illi Menandri, in *Pervigiliis*, libidine incicitatos.

Hinc factum ut Chriſtiani, qui hac in re Ethnicos erant olim imitati, poſtea excepto eo, qui Chriſti cauſâ celebratur, omnia ſuſtulerint, & meritò. Vide *Hieronymum* contra *Vigilantium*.

Digitized by Google

ΕΚ ΤΗΣ ΠΑΡΑΚΑΤΑΘΗΚΗΣ.

α'.

——— Στρατεία δ' ἀδεμίαν περιστίαν
Φέρει, ἐφήμερον δὲ καὶ προπετῆ βίον,
Οὗ πεῖραν ἔχομεν ὄντος ἀσωτηρίου.

β'.

Αἰσχρὸν γενέσθαι πτωχὸν, ἀσθενῆ θ' ἅμα.

γ'.

Εὔπιστον ἀτυχῶν ἐστὶν ἄνθρωπος φύσει,
Τὸν πλησίον γὰρ οἴεται μᾶλλον φρονεῖν,
Ὁ τοῖς λογισμοῖς τοῖς ἰδίοις πταίων ἀεί.

δ'.

——— Κρίσις
Ἐστὶν ἄδικος, ὡς ἔοικε, κἀν τοῖς Θεοῖς.

ε'.

Εἴ τις δικαστὴς, ἢ διαιτητὴς Θεῶν.

ς'.

Θύραν ἔξελε.

ζ'.

Ὅρος.

In Titulum. Afranii Depositum laudatur à *Nonio.*

1. Στρατεία &c.] Feci partem versûs & versum sequentem, ex his quæ confusa exstabant:

Στρατεία δ' ἀ φέρει περίστασιν ἀδεμίαν
Ἐφήμερον δὲ καὶ προπετῆ βίον.

Grotius.

4. Αἰσχρὸν] Alii Codices tribuunt hæc verba *Aristophonti in Deposito.*

5. Φύσει] Hoc est, homo infelix fit indolis, quâ facilè quidvis sibi persuaderi sinit, quòd sibi diffidat. Itaque φύσις hic non est quod nascenti inest, sed quod longa infelicitas peperit, consuetudóque in naturam vertit.

8.

EX DEPOSITO.

1. *Apud Stobæum Flor. Tit.* LIII.

—— Militia nullas divitias
Fert, ſed victum in diem & ſubitaneum,
Cujus experimentum cepimus *quaſi* minimè ſalubris.

2. *Ibid. Tit.* XCVI.

Turpe eſt eſſe pauperem, infirmúmque ſimul.

3. *Ibid. Tit.* CIV.

Homo in adverſis naturâ credulus eſt.
Proximum enim putat magis ſapere
Qui propriis ratiocinationibus *fretus* ſemper offendit.

4. *Apud Juſtinum de Monarchia Dei* p. 107.

—— Judicium
Eſt injuſtum, ut videtur, etiam apud Deos.

5. *Apud Ammonium de Diff. Voc. in* δικαστὴς.

Si quis Deorum judex eſt, aut arbiter.

6. *Ibidem in* θύρα.

Januam aufer.

7. *Harpocration in voce.*

Tabula.

8. Κρίσις] Verba, apud *Juſtinum*, ſunt inverſa hoc modo: Ἔστι κρίσις ἄδικος &c. Quanam de re hæc dicerentur ſcire non licet. In *Miſumeno* aliquid ſimile occurrebat, & videtur verſus ſequens ex *Ammonio* eò referri.

10. Εἴ τις δικαστὴς &c.] Profert *Ammonius*, ut oſtendat δικαστὴν eſſe judicem lege conſtitutum, διαιτητὴν verò arbitrum ſponte electum. Abſurdè verò nomen fabulæ effertur ἐν πέμπτῳ, *in quinto*. Itaque ad παραχαταθήκην retulimus. *Cf. in Plaudio. Cf. Ammon. Valesianum p. 111. 23.*

12. Ὅρος] Sic vocabatur tabula, quæ domui oppigneratæ adfigebatur Athenis, ut docet *Harpocration*, qui laudat hanc *Menandri* fabulam. Vide ad eum locum *Phil. Mauſſacum*.

Digitized by Google

η'.

Πεποίηκατ' ἔργον οὐχ ἑταίρων, νὴ Δία,
Μᾶλλον δ' ἑταιρῶν, ταὐτὰ δ' ὄντα γράμματα
Τὴν προσαγόρευσιν δ' σφόδρ' εὔσημον ποιεῖ.

θ'.

——— Τὰς ὄφεις,
Λέγει, καλῶς γέ μοι ἠγόρασας.

ι'.

Α. Ὀλκὴν ταλάντου χρυσίου σοι, παιδίσκ,
Ἔστηκα τυρῶν ——
Β. Μακάριος ἐκεῖνος δεκατάλαντον καταφαγών.

13. Πεποίηκατ' ἐ. οὐχ ἑ. νὴ Δία, μᾶλλον δ' ἑταίρων] *Casaubonus* sic emendaverat, nisi quòd priore loco posuerat *ἑταίρων*, posteriore *ἑταιρῶν*, cùm ego dictum in laude existimem. Apud *Athenæum*, *π. ἐ. οὐχ ἑταίρων ταῦτα δὲ*, mutilè. *Grotius.*

14. Τ'αυτὰ δ' ὄντα γράμματα] Solâ pronunciatione, quæ accentu signatur, differunt.

16. Τὰς ὄφεις] Docet *Hesychius* ita dicta monilia ad instar serpentum, *δρακοντώδη γινόμενα ψέλλια*, subditque *Μένανδρος παρακαταθήκην, τὰς ὄφεις.* Emendandum, ut rectè vidit *Casaubonus*, *ἐν παρακαταθήκῃ.*

18. Ὀλκὴν &c.] Ex hoc loco probat *Pollux*, *τὸ χρυσίον τῷ ἀργυρίῳ δεκαπλάσιον* fuisse, seu unciam auri decem argenteis permutatam. Idem quoque significat *Livius*, Lib. XXXVIII, 11, 8. ubi de fœdere cum Ætolis facto, anno U. C. DLXIII. sic loquitur: *pro argento si aurum dare mallent darent, convenit, dum pro argenteis decem aureus unus valeret.* Attamen, si credimus *Platoni*, qui tempus *Menandri* non ita multùm antecessit, illius ævo uncia auri

ΕΚ ΤΗΣ ΠΕΡΙΝΘΙΑΣ.

α'.

Οὐπώποτ' ἐζήλωσα πολυτελῆ γενρὸν,
Εἰς τὸν ἴσον δ' ὄγκον τῷ σφόδρ' ἔρχετ' εὐτελεῖ.

In Titulum. Terentius hanc Comœdiam memorat Prologo Andriæ ℣. 9.

Menander fecit Andriam & Perinthiam,
Qui utramvis rectè norit, ambas noverit.

Digitized by Google

8. *Apud Athenæum* Lib. XIII. p. 571.

Opus feciſtis non amicorum, per Jovem,
Sed amicarum potiùs; eædem cùm ſint litteræ,
Appellationem non admodum perſpicuam faciunt.

9. *Heſychius in* ὄφεις.

—— armillas
Inquit, pulcrè mihi emiſti.

10. *Pollux* Lib. IX. c. VI. §. 76.

A. Pondus talenti aurei tibi, ô puer,
Servavi ——
B. Felix ille qui decem talenta abſumſit.

duodecim argenteis permutabatur. In Hipparcho, ſic Socrates Hipparchum interrogat: *Φέρε γὰρ ἐάν τις χρυσὸν ἡμῖν ἀπαλλάσσας διπλάσιον λάβῃ ἀργυρίου, κέρδος, ἢ ζημίαν εἴληφεν; ſi qui dimidiam auri libram impendit, accipiat duplum argentum, lucrumne an jacturam fecit?* Reſpondet verò Hipparchus: *ζημίαν δήπου, ὦ Σώκρατες, ἀντὶ δωδεκαπλασίου γὰρ διπλάσιον αὐτῷ καθίσταται τὸ χρυσίον. Jacturam ſanè, ô Socrates, nam pro duodecuplo cariore, duplo carius ei conſtituitur aurum.* Alterutrius metalli majus aut minus erat pretium, pro ejus copia, & nunc quidem uncia auri puri quatuordecim argenti puri emitur; poſtquàm ex America à ducentis annis argentum ingenti copiâ eſt allatum, ut fodinas, quæ ſunt in Europa, præteream; cùm exigua admodum auri copia ex Africa, aut America advehatur, aut in Europa inveniatur. Vix crediderim exiguo tempore, quod interceſſit inter *Platonem* & *Menandrum*, aurum adeò copioſum in Græciam allatum, ut ex duodecim pretii priſtini partibus duæ detraherentur. Itaque malim non ſatis adcuratè loquutum *Platonem*.

EX PERINTHIA.

1. *Stobæus Flor. Tit.* CXXIV.

NUmquam invidi ſumtuoſè ornato cadaveri, (latum.
Ad eamdem molem redigitur, ac quod vili funere e-

Non ita diſſimili ſunt argumento, ſed tamen
Diſſimili oratione ſunt facta, ac ſtylo.

2. Εἰς τὸν ἴσον &c.] Nempè, combuſtum. Plures enim non erant cineres cadaveris pretioſè ornati, quàm viliùs inſtru-

Digitized by Google

β'.

Ὅστις παραλαβὼν δεσπότην ἀπράγμονα
Καὶ κἄφδν ἐξαπατᾷ θεράπων, οὐκ οἶδ' ὅτι
Αὐτὸς μεγαλεῖόν ἐστι διαπεπραγμένος,
Ἀπαβελτερώσας τὸν τὸ πρόσθ' ἀβέλτερον.

γ'.

Οὐδ' αὐτός εἰμι σὺν Θεοῖς ὑπόξυλος.

δ'.

——— Οὐδεμίαν ἡ γραῦς ὅλως
Κύλικα παρῆκεν, ἀλλὰ πίνει τὴν κύκλῳ.

ε'.

Τὸ παιδίον δ' εἰσῆλθεν ἐψητὸς Φέρον.

cti. Multa hanc in rem Veteres, ſed quæ nos quotidie videmus.

4. Καὶ κἄφδν] Malè, apud *Grotium*, editum eſt κωφὸν, nam non de ſurdo, ſed de ſtulto & levi ſermo eſt.

6. Ἀπαβελτερώσας] Sic nos, pro ἐπαβελτερώσας. Et pro τὸν τὸ πρόσθ' ἀβέλτερον, pro quo *Scaliger* ſcribebat: τόν ποτ' ὄντ' ἀβέλτερον. *Grotius.*

7. Οὐδ' αὐτός εἰμι] *Iſaac. Voſſius*, vir doctiſſimus, in *Catulli* Ep. in Juventium p. 308. ubi Poeta neſcio quem *ſtatuâ inauratâ pallidiorem* vocat, contendit rectè, non aureâ, ſed inauratâ ſtatuâ pallidiorem dictum, ut oſtendat eum non eſſe quod velit videri, ſed pauperem & ligneum; ſubditque illiuſmodi homines à Græcis ὑποξύλους appellatos, ab inauratis ſtatuis ſumto vocabulo; tum eam in rem profert Scholiaſten Anonymum *Hermogenis* emendatum: ὑπόξυλα κυρίως καλεῖται τὰ ἀγάλματα οἷς ἐκ ξύλων καλεσκευασμένοις ἐπιπολῆς ἐπιλήλαται ἄργυρος ἢ χρυσός. κεῖται δὲ ἐπὶ τῶν λαμπρῶν μὲν ἔξωθεν καὶ ἐπιπεικῶν, πονηρῶν δὲ τὰ ἔνδον. καὶ Μένανδρος ἐν τῇ Περινθίᾳ φησὶν· ὦδ' αὐλὸς εἰμι &c. *Sublignea proprie vocantur ſimulacra, quibus è ligno fabricatis in ſuperficie inductum eſt argentum, aut aurum. Dicitur autem de ſplendidis quidem extrinſecus & aquis, ſed intus malis. Et Menander in Perinthia ait* &c. *Voſſium* laudavi, quia non erat ad manum *Hermogenis* Scholiaſtes. Ceterùm fragmentum hoc indicarat quoque vir diligentiſſimus *Joan. Meurſius. Hermogenes* verò ipſe περὶ Ἰδεῶν Lib. I. c. 6. de Gravitate Orationis, ſic voce ὑπόξυλος utitur, ubi de pinguioribus figuris: παρὰ δὲ τοῖς ὑποξύλοις τεχνίταις σοφισαῖς πάμπολλα εὕροις ἄν: *apud ſubligneos iſtos ſophiſtas multa invenire queas.*

8. Οὐδεμίαν] Hæc verba profert *Athenæus*, ex occaſione incitationis ad bibendum in orbem.

10.

2. *Suidas in voce* ἀβέλτερος.

Quiſquis nactus herum ignavum
Et levem fallit ſervus, neſcio quodnam
Magnum ipſe facinus ediderit,
Qui inſaniorem reddidit *eum*, qui jam erat inſanus.

3. *Apud Schol. ad Hermogenis Cap.* περὶ σεμνότητος.

Neque ipſe ſum, cum Diis, ligno ſubfarctus.

4. *Apud Athenæum* Lib. XI. p. 504.

—— Nullum anus prorſus
Calicem prætermittebat, ſed bibebat in orbem.

5. *Apud eumdem* Lib. VII. p. 301.

Puer ingreſſus & Hepſetos ferens.

10. Τὸ παιδίον &c.] Adfert *Athenæus*, ut exemplum proferat vocis ἰψηλὸς, quâ *minutus piſciculus* ſignificatur. *Petrus* verò *Victorius* Var. Lect. Lib. V. c. 8. putat hunc locum converſum eſſe à *Terentio* in Andria Act. II. Sc. II, 31.

—— *Etiam puerum inde abiens conveni Chremis,*
Opera & piſciculos minutos ferre obolo in cœnam ſeni.

Si plura verba, ut rectè vir doctiſſimus, *Menandri* citaſſet *Athenæus*, manifeſtò id teneri potuiſſet. Quòd autem in Perinthia locum illum eſſe oſtendit, hæc autem Andria eſt, notum eſſe debet fabulam hanc *Terentii* è duabus *Menandri* conflatam eſſe; quod poëta ipſe, in Prologo, confeſſus eſt & purgat. Quod verò *Terentius* olera piſci adjungit, ita coqui illum ſolitum declarat *Eubulus* Comicus, cujus teſtimonium eodem loco citatur; è quo etiam percipitur vilem hunc piſcem fuiſſe, quod *Victorii* ſuſpicionem magnopere adjuvat.

Ἀγαπῶν τε, κἂν ἰψηλὸν ἐν τεύλλοις ἵνα
Διὰ δωδεκάτης ἐψόμενον ἡμίρας ἴδῃ.

Loquitur enim de tenui homine, quique vitam aſperam viveret, *contentum eum eſſe* dicens, *ſi hujus generis piſciculum unum, rarò etiam, interpoſitóque ſpatio duodecim dierum, in betis cœlum videat.* Hæc *Victorius*, quibus adſentior.

13. Πομπεῖαι] Verbo tenus *convicia quadam valde contumelioſa*, quod intelligendum de hominibus conviciantibus. Habet hæc etiam *Photius* in Lexico MS.

15. Ἀνάπαφε] Adfert *Suidas*, ut uſum hujus vocis oſtendat, quam etiam *Heſychius* ἀψηλάφητα interpretatur.

Digitized by Google

ς'.

——— Ὡς ἔστη, μαλακὰ συλλαβὼν,
Ἐκ τῆς πόλεως τὸ σύνολον ἐκπηδᾷ ψιλός.

ζ'.

Ἐπὶ τῶν ἁμαξῶν εἰσὶ πομπεῖαί τινες
Σφόδρα λοίδοροι.

η'.

——— Τὰ δ' ἄλλα ἀνέπαφα σώματα
Οὐδ' ἔλῃ.

ΕΚ ΤΟΥ ΠΛΟΚΙΟΥ.

α'.

Ἐπ' ἀμφότερα νύ χ' ἡ πίκλυρος ἅττα
Μέλλει ναυηγήσειν, κατεργάσασα μέγα
Καὶ περιβόητον ἔργον· ἐκ τῆς οἰκίας
Ἐξέβαλε τὴν λυπῆσαν ἣν ἐβάλετο,
Ἵν' ἐπιβλέπωσι πάντες εἰς τὸ Κρεωβύλης
Πρόσωπον, ἡ δ' εὐγνώστος ἥ γ' ἐμὴ γυνή,
Δέσποινα διὰ τὴν ὄψιν, ἣν ἐκτήσατο.
Ὄνος ἐν πιθήκοις ἐστὶ δὴ τὸ λεγόμενον.

In Titulum. Hanc Comœdiam à *Cæcilio* versam, licèt nos non docuisset *A. Gellius*, satis constabat ex *Nonio*, qui *Plocium Cæcilii* sæpiùs laudat. Πλόκιον interpretatur *Hesychius* εἶδος περιδεραίου, *collaris genus.*

1. Ἐπ' ἀμφότερα &c.] Hæc apud *Gellium* confusa partim à nobis, partim *Scaligero* auctore distinximus. *Grotius.* Nos verò neutrum per omnia sequuti sumus, sed præterea *Joan. Frid. Gronovii* judicium adhibuimus, elegimusque quod optimum visum est. *Scaliger* legit ἀμφοῖσιν & supplet ἧς autem post ἐπίκληρος, *Grotius* ἐπ' ἀμφοῖσιν & subaudit ἀκοήν, sed *Gronovius* ἀμφότερα & addit ad finem versûs ἅλα, quod melius visum, quia sic integer est Senarius. *Gronovii Observ. Lib. I. cap. 10.*

Νύ χ' ἐπίκληρος] Erat ἵνα, quod mutabat *Scaliger* in τῶν ἡ, *Gronovius* in νύχ' ἡ, quod Homericum est, & aptius. Ἐπίκληρος est, ut docent *Aristophanes* Scholiastes ad Vespas & *Suidas*, ὅταν παῖς ὀρφανὴ πατρὸς καὶ μητρὸς, ἀδελφῶν τε ὄντα ἔρημος, καὶ ταύτῃ τύχῃ ὑπο-

6. *Apud Pollucem* Lib. X. c. 1. §. 12.

Sic ut erat tritis veſtibus correptis,
Ex urbe prorſus exſilit nudus.

7. *Harpocration & Suidas in πομπεῖαι.*

In plauſtris ſunt quidam vecti
Valde conviciantes.

8. *Suidas in ἀνέπαφον.*

—— reliqua verò intacta corpora
Ne capiat.

E PLOCIO, *ſeu* MONILI.

1. *Apud A. Gellium* Noct. Attic. II. 23.

IN utramque nunc heres hæc aurem
Dormiet, poſtquàm perfecit magnum
Et celebratum opus. Domo
Ejecit eam quæ moleſta ei erat, quam volebat *ejectam*,
Ut inſpicerent omnes in Creobylæ
Faciem & innoteſceret mea uxor,
Domina, ob vultum quem ſumſit.
Eſt ſanè aſinus inter ſimias, ut fert dictum *vetus*,

πολιμένη οὐσία : *cùm puellæ orbæ patre ac matre & deſtitutæ fratribus facultates propriè ſunt.* Uno verbo, puella eſt *μονοκληρόνομος ſola heres.* Ejuſmodi cùm eſſet Creobyla, divitiis ſuperba, moleſta erat viro & liberis.

Ibid. Ἵν' ἐπικλησος ᾖ] Id eſt, ut ſe dotatam probet. *Grotius.*

Μέλλει] Sic rectè triga illa doctiſſimorum virorum, pro *μέλλειν.*

4. Ἐβάλλετο] Sic illi pro *βάλλοι.*

6. Ἥτις] ἐγήματος] Legebatur *εἰχέ με γυνή*, ſenſu non cohærente. *Grotius.* Optimè.

7. Δέσποινα διὰ τὴν ὄψιν] Ita nos pro *καὶ τὴν ὄψιν ὧν.* Ait eam facilè noſci potuiſſe, ob adſumtam vultûs ſuperbiam. *Grotius.* Reverâ ſine hac emendatione, verba carent ſenſu.

8. Ὅνος ἐν πιθήκοις τί ἐστι δὴ τὸ] Legebatur *ἐν πιθήκοις τὸ λεγόμενόν ἐστι*; Neque ſequor perſonam hic aliam adſcribentes & rurſus etiam ante *σιωπᾷν.* At verſu ſequente *τεθοί* pro *τέθῳ* etiam *Scaliger* adnotarat. *Grotius.* Τὸ λεγόμενον eſt pro *καλὰ τὸ λεγόμενον*, ut notum.

Digitized by Google

Τἄτ' ἀ σιωπᾷν ἐςι γὰρ, εἴ καὶ βέλομαι.
Βδεδύττομαι τὴν νύκτα πολλῶν μοι κακῶν
Ἀρχηγόν· οἴμοι, Κρεωβύλην λαβεῖν ἐμὲ, καὶ
Τάλαντα δέκα, γύναιον ὄσαν πηχέως.
Εἶτ' ἐςι τὸ Φρύαγμα πῶς ἂν ὑπόςατον;
Μὰ τόντ' Ὀλύμπιον καὶ Ἀθηνᾶν, ἀδαμῶς.
Παιδισκάριον θεραπεύτικον, καὶ λόγε
Τάχιον, ἀπήγαγ', ἵν' ἄλλην ἀντεισάγοι.

β'.

Α. Ἔχω δ' ἐπίκληρον, Ἀκμία, (ἀκ εἴρηκά σοι
Τἄτ'; ἀχὶ·) ταύτης κυρίαν τῆς οἰκίας
Καὶ τῶν ἀγρῶν. πάντ' ἀντ' ἐκείνης εἴχομεν.
Λ. Ἄπολλον, κακὸν τῶν χαλεπῶν χαλεπώτατον.
Α. Ἅπασι δ' ἀργαλέα 'στιν, ἀκ ἐμοὶ μόνῳ,

Hujus verò proverbii, apud veteres Paræmiographos, nulla uſquam mentio; apud *Eraſmum*, ex hoc tantùm loco. Videtur dici de iis, qui gloriantur inter eos, à quibus ridentur.

10. Βδελύττομαι] Hanc vocem ſupplevit *Gronovius*, propter ſequentem accuſativum, & facilè omitti potuit à feſtinante librarii oculo, quòd eadem litterâ incipiat, iiſdemque deſinat, ac, quod antecedit, *βέλομαι*.

11. Πολλῶν &c.] Οἴ poſui pro οἴμοι & Κρεωβύλην ſemel poſitum ter poſui, non minùs, ut puto, eleganter, quàm ad verſum neceſſariò. *Grotius.*

Ibid. Legit, nempe, vir ſummus poſt *λεγόμενον*,

Τᾷ ſοὶ, σιωπᾶν βέλομαι τὴν νύκτα τὴν
Πολλῶν κακῶν ἀρχηγὸν οἴ Κρεωβύλην
Κρεωβύλην, Κρεωβύλην λαβεῖν με καὶ
Τάλαντα &c.

Sed multò pauciora mutat *Gronovius*, quem ſequuti ſumus.

12. Τάλαντα δέκα] Pro δέκα τάλαντα. *Grotius.*

13. Εἶτ' ἐςι &c.] Hoc noſtrum eſt, pro εἴπως ἀνυπόςατον. *Idem.*

Τὸ φρύαγμα] Propriè *fremitum* equi, aut muli, ut docebit *Suidas*, ſed tralatitio ſenſu ſignificat ὕπαρσιν & ὑπερηφάνειαν, *ſuperbiam*, ut habet *Heſychius*.

14. Μὰ τόντ' Ὀλυμπιον] Sic *Gronovius* rectè, pro Δία τὸν Ὀλύμπιον, ut alii minùs commodè.

15. Παιδισκάριον &c.] Pro παιδισκάριον. Deinde legebatur θεραπευτικὸν δὲ λόγε τάχιον, contra verſum, nec bono ſenſu. *Grotius.*

16. Ἀπήγαγ'] Senſum fecimus & verſum,

Ἀπηγαγ' ἴσως. τί δ' ἂν ἡ ἀντεισάγει;

qui

Hoc enim silere non licet, quamvis velim.
Abominor noctem, quæ multorum mihi malorum
Initium *fuit*. Hei mihi! Creobylámne duxisse me, &
Talenta decem *accepisse*, uxorémque cubitalem!
Deinde fastus quî tolerari queat?
Per *Jovem* Olympium & Minervam, nequaquam *potest*.
Ancillulam sedulò servientem, etiam verbo
Citiùs, ejecit, ut aliam ejus loco introducat.

2. *Ibidem.*

A. Habeo heredem, ô Lamia, (annon dixi tibi
Hoc? Non) harum dominam ædium
Et agrorum; omnia ut eam duceremus habemus.
L. O Apollo, malum malorum omnium gravissimum!
A. Omnibus est molesta, non mihi soli,

qui hunc in modum corruptus : ἀπαγέσθω δέ τις ἢ ἄφ' ἀντεισάγοι. *Grotius.* Nos commodiùs & faciliùs, ἀπήγαγ' ἵν' ἄλλην ἀντεισάγοι.

17. Α. Ἔχω &c.] *Gellius*, allatis superioribus *Menandri* verbis & cum iis collatis versibus *Cæcilii*, quibus idem exprimere voluit, sed exemplar suum minimè adsequutus est: *idem ille*, inquit, *maritus senex cum altero sene vicino colloquens, & uxoris locupletis superbiam deprecans hæc ait.* Tum verba Græca subjicit, in quibus senex cum Lamia vicino colloquitur.

Λαμία] Sic rectè *Casaubonus*, nam Λαμίας nomen est virile & uxor senis loquentis vocabatur Creobyla; est enim idem qui loquitur, ut ex *Gellio* vidimus. Quare miror à *Grotio* relictum Λαμίαν.

18. Τᾶτ'; ἀχί.] Hic (ante ἀχί) personam novam adscripsimus. *Grotius.* Visa sunt hæc verba potiùs dubitantis primùm & apud se quærentis, an ea jam dixisset de quibus cogitabat, tum sibimet ipsius respondentis. Nam non poterat scire Lamia, an vicinus senex jam dixisset, quod minimè aperuerat.

19. Καὶ τῶν ἀγρῶν] Legitur apud *Gellium* καὶ τᾶν ἀγρᾶν καὶ πάντων ἀντ' ἐκείνης ἕχομεν. *Grotius.* Hic ἀντὶ non significat permutationem, nam hic senex Creobylam loco prædiorum non dederat, sed eam unà cum prædiis habebat. Hic ergo ἀντὶ est *propter*, quasi esset διὰ ἐκείνην, ut in his loquendi generibus ἀνθ' ὧν & ἀνθ' ὅτου, quæ significant *propterea quod* & *cur*.

20. Α. Ὦ πόλλοι] Legebatur ἀΦ' ὅλων. Nos supplevimus, atque emendavimus, Β. Κακὸν, ὦ Ἀπόλλον. Sequentibus versibus erat ἐστι & πρᾶγμα sine elisione & sine personarum discrimine. *Grotius.* Sed cùm pro ἀφ' ὅλων, in Ed. Veneta *Gellii* legeretur Ἀπόλλων, & in Vaticano Codice Ἄπολλοι, sic scripsimus.

Υἱῷ, πολὺ μᾶλλον θυγαθρί. Α. Πρᾶγμ' ἄμαχον
λέγεις. Α. Εὖ οἶδα.

γ'.

Ὦ τρὶς κακοδαίμων, ὅστις ἂν πένης γαμεῖ,
Καὶ παιδοποιεῖται. ὡς ἀλόγιστός ἐστ' ἀνὴρ,
Ὃς μήτε Φυλακὴν τῶν ἀναγκαίων ἔχει,
Μήτ' ἂν ἀτυχήσας εἰς τὰ κοινὰ τῦ βίυ,
Ἐπαμφιέσθαι τὄτο δύναιτο χρήμασιν·
Ἀλλ' ἐν ἀκαλύπτῳ, καὶ ταλαιπώρῳ βίῳ
Χειμαζόμενος ζῇ, τῶν μὲν ἀνιαρῶν ἔχων
Πάντων μέρος τι, τῶν δ' ἀγαθῶν ἃ δυνάμενος.
Ὑπὲρ γὰρ ἑνὸς ἀλγῶν ἅπαντας νυθετῶ.

δ'.

—— Τρυγόνος λαλίστερος.

24. Ὦ τρὶς &c.] De iis, quæ in eadem *Menandri* fabula antecedunt hos verſus, ita *Gellius: filia hominis pauperis in pervigilio vitiata eſt. Ea res clam patre fuit & habebatur pro virgine. Ex eo vitio gravida, menſibus exactis, parturit. Servus bonæ frugi, cùm pro foribus domûs ſtaret, & propinquare partum herili filiæ, atque omnino vitium ei oblatum eſſe ignoraret, gemitum & ploratum audit puellæ, in puerperio enitentis; timet, iraſcitur, ſuſpicatur, miſeratur, dolet. Hi omnes motus ejus, adfectioneſque animi, in Græca quidem Comœdia, mirabiliter acres & illuſtres, apud* Cæcilium *autem pigra hæc omnia —— Poſt ubi idem ſervus percunctando quod acciderat reperit, has, apud* Menandrum, *voces facit, ὦ τρὶς* &c.

25. Παιδοποιεῖται] Verſus hoc poſtulat, non quod vulgò παιδοποιεῖ. *Grotius.* Verè, quamvis *Joan. Frid. Gronovius* neget ſe hoc oraculum intelligere; nam δοποιεῖ facit ſecundum pedem eúmque anapæſtum, qui iambi locum obtinet, ται ὡς tertium, eúmque iambum. Res eſt clara, nec dubitaſſet vir ſummus, ſi paullò magis attendiſſet.

26. Φυλακὴν τῶν ἀναγκαίων] Bona enim, neceſſaria ad vitam degendam, ſunt veluti præſidia, quibus multa mala pelluntur.

27. Μήτ' ἂν ἀτυχήσας] Hic rectiùs quàm apud *Gellium*, ubi verba hæc citantur. In *Stobæo* erat λοιπὰ, ſed alia multa apud *Gellium* malè, hìc rectiùs. *Grotius.* Eſt apud *Gellium ei μήτ' ἀνατειχίσῃ εἰς τα* &c. mendoſè.

Τὰ κοινὰ τῦ βίυ] Eſt hoc dictum εὐφημίας χάριν, ad ſignificanda adverſa, quæ, quia omnibus æquè contingunt dicuntur τὰ κοινὰ τῦ βίυ.

Ἐπαμφιέσθαι] Tegunt divitiæ probra, quale erat filiam innuptam

Filióque,& multò magis filiæ. L. Rem cui remedium ad-
Dicis. A. Probè novi. (ferri nequit

3. *Ibidem*, *& apud Stobæum Fl. Tit.* LXVIII.

O ter infelicem quisquis pauper uxorem ducit,
Et liberos ferit! Quàm vir ille est rationis expers!
Qui neque præsidium necessariorum habet, (tæ,
Neque cùm est in adversis,quod adtinet ad communia vi-
Hoc tegere queat divitiis,
Sed in retecta & calamitosa vita
Hibernans vivit, tristium quidem habens
Partem omnium, bonorum verò *particeps fieri* nequit.
Unius vicem dolens omnes moneo.

4. *Ælian. H. A.* Lib. XII, c. 10. *Zenob. Cent.* VI, 8.

—— Turture loquacior.

ptam ex ignoto patre peperisse. Ideò nostro dicuntur in Bœotiæ fragm. 2. ἐπικάλυμμα κακῶν. Vide & fragm. 5. Hypobolimæi.

29. Ἐν ἀκαλύπτῳ] Rectè viri docti cum hac loquutione conferunt verba *Dionis Chrysostomi*, ex Oratione XXXII. quamvis de alius rei, nempe, de sapientiæ penuria loquatur p. 365 Ed. Morel. μηδέποτε σωφρονοῦσι λόγῳ τὰς ἀκοὰς ὑπήκοοντες ὁλοκλήρως ἄθλιοι, μηδεμίαν σκέπην μηδὲ προβολὴν ἔχοντες ἀπὸ τῶν παθῶν· ἀλλ' ἐν ἀκαλύπτῳ καὶ ταλαιπώρῳ βίῳ χειμαζόμενοι καθάπερ σκάφει σαθρῷ καὶ λελυμένῳ, παντὸς ἐν ἀγνώμονι γνώμῃ καὶ πονηρίᾳ: *numquam ad temperantiam adhortanti orationi aures adcommodantes, sunt prorsus miseri, nullum integumentum neque propugnaculum habentes contra adfectus; sed in vita nuda ac misera agitantur, quasi in scapha putrida & soluta, in animo omnium rerum inscio, & in nequitia.*

30. Χειμαζόμενος ζῇ] Χειμάζεσθαι videtur hic esse non agitari procellâ, sed hiemem transigere; nam hoc vult æquè esse infelicem hominem pauperem, cui infortunii quidpiam contingit, ac iis qui sub dio hiemare necesse haberent.

Μὲν τῶν] Hoc μὲν, in *Stobæo* omissum, est apud *Gellium* & versus postulat. *Grotius.*

32. Ὑπὲρ γὰρ ἑνὸς ἀλγῶν] Hic versus, apud *Gellium*, exstat connexus prioribus. Itaque adjecimus. *Idem.* Apud *Gellium*, vitiosè est ἀλέγων. Verba sunt servi, pro uno hero dolentis, ut vidimus ad ℣. 24. sed tamen quæ ad omnes pertinerent dicentis.

33. Τρυγόνος λαλίστερος] *Æliani* verba sunt: Τρυγόνος δὲ λαλίστερον ἔλεγον, ἡ γάρ τοι τρυγὼν καὶ διὰ τὸ σῶμα μὲν ἀπαύστως ᾄδειν πέφυκεν, ᾠδὴ δὲ καὶ ἐκ τῶν κατόπιν μερῶν, ὡς φησι, παμπληθεῖα. μέμηται δὲ καὶ ταύτης τῆς παροιμίας ἐν τῷ Πλοκίῳ ὁ αὐτός. *Turture loquacior.*

Digitized by Google

ε'.

Ἆρ' ἐστὶν ἀρετῆς καὶ βίᾳ διδάσκαλος
Ἐλευθέρᾳ, τοῖς πᾶσιν ἀνθρώποις, ἀγρός. 35

ς'.

Ὅστις πένης ὢν ζῆν ἐν ἄστει βούλεται,
Ἀθυμότερον ἑαυτὸν ἐπιθυμεῖ ποιεῖν·
Ὅταν γὰρ εἰς τρυφῶντα καὶ σχολὴν ἄγειν
Δυνάμενον ἐμβλέψῃ, τότ' αὐτόν τ' ἐστ' ἰδεῖν
Ὡς ἄθλιον ζῇ καὶ ταλαίπωρον βίον. 40

ζ'.

Ὦ Παρμένων, ὡς ἔστιν ἀγαθὸν τῷ βίῳ
Φυόμενον ὥσπερ δένδρον ἐκ ῥίζης μιᾶς.
Ἀλλ' ἐγγὺς ἀγαθῆ παραπέφυκε καὶ κακόν,
Ἐκ τῆ κακῆ τ' ἤνεγκεν ἀγαθὸν ἡ Φύσις.

quaciorem dicebant, etenim turtur & ore semper sonitum edit, & ut plurimum, ut aiunt, ex posticis partibus. Hujus paræmiæ meminit idem Poëta in Plocio; hoc est, *Menander*, è cujus Thaïde aliam paræmiam adtulerat. Potuisset etiam adducere locum *Theocriti* Eidyll. XV, 87.

Παύσαῤῥ', ὦ δύσανοι, ἀνάντια κωτίλλοισαι,
Τρύγονες ἰκκναισιῶντι.

Desinite, ô miseræ, sine fine garrire, ut turtures odiosè stridunt.

34. Ἆρ' ἐστὶν ἀρετῆς &c.] De laude Agriculturæ lege *Maximi* Tyrii Orat. XIV. ubi Agricolas præfert militibus. Sed plura hanc in rem habet *Stobæus* titulo laudato, ubi locus est *Amphis* Poëtæ Comici, quem fortè imitatus est noster:

Εἶτ' οὐχὶ χρυσῶν ἐστὶ πρᾶγμ' ἐρημία;
Ὁ πατὴρ γε τῷ ζῆν ἐστιν ἀνθρώποις ἀγρός.

Tum verò nonne est aurea res solitudo? Pater vivendi hominibus est ager.

36. Ὅστις πένης ὢν &c.] Egregia sententia & ex certissima vitæ humanæ cognitione petita. *Amphis*, post allata verba, hæc habuit:

Πενίαν τε συγκρύπτειν ἐπίσταται μόνος,
Ἄσυ δὲ θέατρον ἀτυχίας σαφῶς γέμον.

Paupertatem occultare solus scit, urbs verò manifestò theatrum est infelicitate plenum. Sunt & quædam Tit. XCVI. quæ studiosi cum *Menandro* conferre poterunt.

41. Ὦ Παρμένων &c.] Versus & sensum restituimus, cùm vulgò legeretur:

Ὦ

5. Apud Stobæum Flor. Tit. LVI.

Profectò eſt virtutis & vitæ magiſter
Liberæ, omnibus hominibus, ager.

6. Ibid. Fl. Tit. XCVI.

Quiſquis, pauper cùm ſit, vivere in urbe vult,
In deſperationem majorem conjicere ſe cupit.
Cùm enim in deliciis agentem & otiari
Qui poſſit viderit, tum verò ei licebit videre
Quàm miſeram agat & ærumnoſam vitam.

7. Ibid. Fl. Tit. CV.

O Parmeno, non eſt bonum vitæ
Naſcens, inſtar arboris è radice una,
Sed juxta malum creſcit etiam bonum,
Et è malo natura bonum emittit.

Ὦ Παρμένων
Οὐκ ἐστὶν ἀγαθὸν τῷ βίῳ βιώμενον
Ὥσπερ δένδρον ἐκ ῥίζης μιᾶς.

At MS. A. nos adjuvat, qui pro βιώμενον habet φυώμενον. *Grotius.* Optimè, ut liquet ex his verbis *Themiſtii* p. 276. Edit. nuperæ Pariſ. Or. XXII. de Amicitia: Καὶ λέγει τις ἐρθῶς ἄρα τῶν τῷ γέλωτος ποιητῶν, ὅτι μηδὲν ἐστιν ἀγαθὸν ἐν τῷ βίῳ

Φυόμενον ὥσπερ δένδρον, ἐκ ῥίζης μιᾶς,

ἀεὶ δὲ αὐτῷ προσπέφυκε καὶ κακόν: *Profectò rectè etiam dicit quidam ex Poëtis, riſum moventibus, nihil eſſe bonum in vita*, ortum inſtar arboris, ex radice una, *ſemper autem ei adnaſcitur & malum.*

44. Ἐκ τῶν κακῶν &c.] Cùm hos noſter ſcriberet verſus, videtur in animo habuiſſe quæ *Socrates* dicebat ſolutus compedibus, die quo moriturus erat, cùm ſentiret voluptatem ex compedum ſolutione. Ea narrat *Plato*, initio Phædonis: ὡς ἄτοπον, ἔφη, ὦ ἄνδρες, ἔοικέ τι εἶναι τοῦτο ὃ καλοῦσιν οἱ ἄνθρωποι ἡδύ· ὡς θαυμασίως πέφυκε πρὸς τὸ δοκεῖν ἐναντίον εἶναι τὸ λυπηρόν, τῷ ἅμα μὲν αὐτῷ μὴ θέλειν παραγίνεσθαι τῷ ἀνθρώπῳ. ἐὰν δέ τις διώκῃ τὸ ἕτερον καὶ λαμβάνῃ, σχεδόν τι ἀναγκάζεσθαι ἀεὶ λαμβάνειν καὶ τὸ ἕτερον ὥσπερ ἐκ μιᾶς κορυφῆς ἡμμένω δύ' ὄντε. *Quàm abſurda*, inquit, *ô viri, hæc res videtur eſſe, quam homines vocant voluptatem, quámque miro modo conjuncta eſt natura cum dolore, qui contrarius ei videtur, cùm ſimul homini adeſſe nolint! Si quis verò perſequatur alterum & conſequatur, ſemper fermè alterum quoque accipere neceſſe habet, quaſi ex eadem extremitate ambo eſſent connexa.* Cetera, apud ipſum *Platonem*, vide.

Digitized by Google

η'.

Ἀεὶ τὸ λυπεῖν ἀποδίωκε τοῦ βίου,
Μικρόν τι τὸν βίον καὶ στενὸν ζῶμεν χρόνον.

46. *Μικρόν τι* &c.] Ad hunc locum *Senecam* respexisse Lib. de Brevit. Vitæ Cap. II. non immeritò putat *Janus Rutgersius* Var. Lect. Lib. IV, 17. *Quibusdam*, ait Seneca, *nihil quò cursum dirigunt placet, sed marcentes excitantèsque fata deprehendunt; adeò ut, quod apud* MAXIMUM POETARUM, *more oraculi dictum est, verum esse non dubitem:*

Exigua pars est vitæ, quam nos vivimus.

Ceterum quidem omne spatium, non vita, sed tempus est. Sunt qui

ΕΚ ΤΟΥ ΠΡΟΕΓΚΑΛΟΥΝΤΟΣ.

α'.

Τὸ δὲ κελευόμενόν ἐστιν ἀσφαλέστατον
Δούλῳ ποιεῖν, ὡς Φασιν.

β'.

Οἷον τὸ γενέσθαι πατέρα παίδων; ὧν Φόβος,
Λύπη καὶ Φροντὶς, οὐδεὲν δ' ἐστὶν πέρας.

1. *Ἀσφαλέστατον*] Si referas ad herum, non aliter meliùs ejus ira fugi potest, quam si ei pareatur; si ad leges, similiter, quod servi pœnas non darent propter herilia jussa exsequutioni mandata, sed heri. Vide fragm. CCLVI. Alia quoque *Menandri* ipsius & aliorum in eamdem sententiam habet *Stobæus*, eodem titulo.

Digitized by Google

8. *Ibid. Fl. Tit.* CIX.

Semper quod angit expelle è vita,
Exiguum vitæ & arctum vivimus tempus.

offendantur hoc elogio, quasi non nisi in *Homerum*, aut *Virgilium* conferri posset, quorum tamen esse hic versus non potest. *Menandrum* eo dignum putat *Rutgersius*, ob sententias omni sapientiæ genere refertas. Ac sanè ad *Senecæ* palatum maximus Poeta esse debuit, qui optima ad vitam præcepta tradidit. Attamen suspicor hîc excidisse voculam *Comicorum*, ita ut *Seneca* nostrum *maximum Poëtarum Comicorum* dixerit, quam laudem nemo ei invideret.

EX PRAEACCUSANTE.

1. *Stobæum Flor. Tit.* LXII.

QUod jubetur est tutissimum
Servo facere, ut aiunt.

2. *Ibid. Tit.* LXXVI.

Quale est fuisse liberorum patrem? erat metus,
Mœror & anxietas; nullus est autem finis.

3. Οἷον τὸ γενέσθαι] Λύπη, quod hîc legebatur, in versum sequentem rejecimus, retractâ huc voce φόβος. *Grotius.*

4. Λύπη καὶ φροντὶς] Vulgò, φόβος, φροντὶς, πεῖρας δ' ἔξεν ἐτι. *Idem.*

Digitized by Google

ΕΚ ΤΟΥ ΠΩΛΟΥΜΕΝΟΥ.

α'.

Οὐ ταυταχῆ τὸ Φρόνιμον ἁρμόττει παρὸν,
Ἔνια δὲ δεῖ συμβῆναι.

β'.

——— Τάλας
Ἔστηκας ἔτι, πρὸς ταῖς θύραις τὸ Φορτίον
Θεὶς. σιτόκωρον, ἄθλιον εἰς τὴν οἰκίαν
Εἰλήφαμεν.

γ'.

Διάσειστοι.

2. Συμβῆναι] Hic eſt *caſu contingere.*

3. Τάλας &c.] Adfert *Athenaus*, ut oſtendat uſum vocis σιτόκωρος pro otioſo & qui fruſtra alitur. Habuimus hanc vocem in Thraſyleonte frag. 3.

ΕΚ ΤΗΣ ΡΑΠΙΖΟΜΕΝΗΣ.

α'.

Ὁ μὴ δεχόμενος τῶν Θεῶν τὸ σύμφορον
Αὐτῷ διδόντων, ἕνεκα τοῦ ζῆν, βάλεται
Τοιοῦτος ἀτυχεῖν. ἢν δὲ μὴ Θεὸς δίδῳ,
Τοῦ μὴ διδόντος ἐσθ' ἁμάρτημ', ὃ τρόπῳ.

β'.

——— ἔρχεται
Τ' ἀληθὲς εἰς φῶς ἐνίοτ' ὃ ζητούμενον.

2. Βάλεται] Ita nos, malè antè ὃ βάλεται. *Grotius.*

3. Τοιοῦτος &c.] Hic quoque verſum & ſenſum ſanavimus. Legebatur enim, τὸ σῴ' ἀτυχεῖν, ἢ μὴ Θεὸς δίδωσιν. *Idem.*

4. Τοῦ μὴ διδόντος &c.] Ex conjectura verſum fecimus, legebatur enim οὐ τρόπῳ θ' ἓν' ἁμάρτημα. *Idem.*

5.

Digitized by Google

EX VENDITO.

1. *Clemens Strom.* VI. p. 622. *Stob. Fl. Tit.* III.

NOn ſemper prudentiam adeſſe conſentaneum eſt,
Nonnulla etiam oportet caſu fieri.

1. *Apud Athenæum* Lib. VI. p. 248.

—— Infelix
Stabas adhuc ad fores, poſito
Onere; frugiperdam, miſerum in ædes
Accepimus.

3. *Apud Harpocrationem in voce.*

Concuſſi tali.

7. Διάστιγοι] *Harpocration* obſervat ita dici talos, quia concutiuntur διαστίονται, antequàm dejiciantur. Vide & *Suidam*, ejuſque eruditiſſimum interpretem.

EX VERBERATA.

1. *Stobæus de Moribus Tit.* VII.

QUi non accipit quod prodeſt, Diis
Illi dantibus, ut vivat, vult
Ejuſmodi vir infelix eſſe; ſi verò Deus non dederit,
Non dantis eſt delictum, non morum.

2. *Ibid. Fl. Tit.* XI.

—— Venit
Interdum in lucem veritas non quæſita.

5. Ἔρχεται &c.] Huc facit elegans dictum incerti Poëtæ, quod eſt Tit. XI. Eclog. Phyſ. *Stobæi.*

Ὁ χρόνος ἅπαντα τοῖσιν ὕστερον φράσει,
Λάλος ἐστὶν ἅπας, οὐκ ἐρωτῶσιν λέγει.

3. *Apud Clem. Alexand. Pædag.* Lib. I. c. 4. p. 84.

—— A. Mea filiola,
Valde enim humanæ eſt indolis
Puella. B. Valde.

4. *Apud Suidam in* ἀμΦορεαΦόροι.

Deinde amphorarius aliquis tributum ferens.

5. *Apud eumdem in* μυοδόχος.

—— Vilis ſenex latere
Probè ſe putans.

6. *Apud eumdem in* ἀνέσπακε.

—— Pertulit enim, ô Dii propitii.
Hos invenerunt hi ſermones.

7. *Pollux* Lib. VII. c. 13. §. 51.

—— nonne
Videtis nutricem zomate indutam?

11. Μυοχόδος] Eſt *ſtercus murium*, & ſic per contemtum vocatur vilis ſenex. Vide *Suidæ* interpretem in Edit. Cantabrigienſi.

14. Ἀνέσπακασι] Hinc probat *Suidas* hac voce inventionem ſignificari.

16. Ὁρᾷς &c.] Hinc probat *Pollux* ζῶμα non cingulum tantùm, ſed etiam veſtem eſſe.

EX SAMIA.

1. *Apud Phrynichum, in* λίβανον p. 30.

Adfer
Tus, tu verò impone ignem fruſto.

Joan. Nunneſius, erat malè τρυφῇ *deliciis*. Hìc agitur de ſacris, in quibus libum igni impoſitum vocatur τρύφος, quæ vox propriè fruſtum panis ſonat.

Digitized by Google

ΕΚ ΤΟΥ ΣΙΚΥΩΝΙΟΥ.

α'.

Καλὴ μὲν ὄψις, ἐν δὲ δειλαῖαι Φρένες.

β'.

Ὁ πλέων κατήχθη; πολέμιος κρίνεται.
Ἐὰν ἔχῃ τι μαλακὸν, ἀγγαρεύεται.

γ'.

Εὐλοιδόρητον, ὡς ἔοικε, Φαίνεται
Τὸ τὸ στρατιώτου σχῆμα, καὶ τὸ τῶ ξένω.

δ'.

——— καὶ ἄβραν γὰρ ἀντωνέμενος
Ἐρωμένην, ταύτῃ μὲν ὁ παρέδωκ' ἔχειν,
Τρέφειν δὲ χωρὶς ὡς ἐλευθέραν πρέπει,

ε'.

Ἀναίνεσθαι

ς'.

Παλίμβολος.

In Titulum. *Harpocration* & *Suidas* Sicyonium vocant, *Stobæus* Sicyoniam, quod ortum ex compendio Σικυων. quod masculinâ, aut fœmininâ terminatione finire licuit. Meminerat *Alciphron*, sed plures syllabæ tribus illic non leguntur.

1. Καλὴ μὲν ὄψις] Apud *Stobæum* Tit. VIII. de Timiditate, *Philemoni* hic versus tribuitur, & cùm sit παροιμιώδης, nihil mirum apud plures inventum. Sed legitur illic κακὴ μὲν ὄψις, vertitque *Grotius*:

Vultus minatur, pavida mens intus sedet.

Sic etiam habent *Suidas*, *Diogenianus* & *Photius* MS. Attamen videtur proverbium hôcce primùm prolatum ut emendavit *H. Grotius*, nam καλὴ ὄψις meliùs opponitur δειλαίαις φρεσὶ, quàm κακὴ ὄψις, κακὸς enim non *minacem* Græcè sonat, sed *malum*, mali autem sunt sæpissimè timidi. Posteà verò καλὰ παροιδίαν immutari potuit, & dici κακὴ μὲν ὄψις, quamvis minùs commodè. Multis hac de re egit *Thom. Gataker*us Miscell. Postum. c. XII. ubi similia, in utramque partem dicta.

2. Ὁ πλέων κατήχθη] Ita emendavit ex MSS. Parisiensibus V. C. *Lud. Kusterus* pro κατεστιχθη. Videtur loquutus *Menander* de nescio

E SICYONIO.

1. *Apud Suidam, in* ναυὴ μὲν ὄψις.

Honesta quidem facies, sed intus animus timidus.

2. *Ibid. in* ἄγγαροι.

Navigans in portum defertur? hostis judicatur,
Si molliùs *cum eo* agatur, onus ei imponitur.

3. *Apud Stobæum Flor. Tit.* LIII.

Convicio obnoxius, ut videtur, apparet
Militis & mercenarii habitus.

4. *Ex Suida in* ἄβρα.

—— Etenim ancillam alîus loco emens
Amatam huic quidem non dedit habendam,
Sed alendam seorsim, ut liberam decet.

5. *Harpocration in voce.*

Recusare nuptias

6. *Harpocration in voce.*

Sæpiùs venditus

scio quibus maritimis populis, qui naves peregrinas adpellentes invadebant, quasi hostiles; aut certè ab iis quidpiam onerosum exigebant, si molliùs cum iis agerent, nam hoc significat verbum ἀγγαρεύεσθαι, ut docet *Suidas*. Possit & hoc referri ad antiquissima Græciæ tempora, quibus piratica mari exercebatur, latrocinia verò terrâ passim fiebant; de quibus temporibus, vide *Thucydidem* Lib. I. ab initio.

5. Τὸ τὴν ξένην] Ξένος quidem *peregrinus* propriè est, sed ubi agitur de militibus, intelliguntur *mercenarii*, qui semper erant peregrini, quia soli peregrini mercede merebantur. Vide, si necesse est, *Henr. Valesii* animadversiones in notas *Phil. Maussaci* in *Harpocrationem* p. 128. & seqq.

6. Καὶ ἄβραν] Locus *Menandri* citatur hujus vocis causa, de qua diximus ad Ἄπιστον. Vide ad hunc locum *Suidæ* interpretem.

9. Ἀναίνεσθαι] Hanc vocem ait *Harpocration* significare quidem recusare, sed præsertim nuptias; quam in rem, laudat cùm alios testes, tum *Menandrum* in Sicyonio.

10. Παλίμβολος] Servum sæpiùs venditum significabat hæc vox, ut liquebat ex loco *Menandri*, in hac fabula, quem tamen non profert.

Digitized by Google

ΕΚ ΤΩΝ ΣΤΡΑΤΙΩΤΩΝ.

α'.

——— πῶς τὸ τραῦμα τοῦτ' ἔχεις;
Μεσαγκύλῳ. πῶς πρὸς Θεῶν; ἐπὶ κλίμακα
Πρὸς τεῖχος ἀναβαίνων, ἐγὼ μὲν δεικνύω
Ἐσπεδακώς. οἱ δὲ πάλιν ἐμυκτήρισαν.

β'.

ΣΦάττει με, λεπτὸς γίνομ' εὐωχούμενος,
Τὰ σκώμματ' οἷα τὰ σοφά τε καὶ στρατηγικά.
Οἷος δ' ἀλαζὼν ἐστιν ὁ ἀλιτήριος.

γ'.

Οὐδεὶς ξύνοιδεν ἐξαμαρτάνων πόσον
Ἁμαρτάνει τὸ μέγεθος, ὕστερον δ' ὁρᾷ.

δ'.

——— Ἐμὲ,
Νικόμαχε, πρὸς τὸν στρατιώτην τάξατε,
Ἂν μὴ ποιήσω πέπονα μαζιγῶν ὅλον,
Ἂν μὴ ποιήσω σπογγιᾶς μαλακώτερον
Τὸ πρόσωπον.

In Titulum. An hanc fabulam in Militem ſuum glorioſum tranſtulerit *Plautus*, non ſatis conſtat.

1. Πῶς &c.] Eſt oratio militis narrantis qui interrogatus ab aliis, & quibus datis reſponſis irriſus fuerit ab interrogantibus, cùm vulnus oſtenderet.

2. Μεσαγκύλῳ] Telum fuit, in quo medio fuit ἀγκύλη, hoc eſt amentum, ſive, ut habent Gloſſæ Latinæ, *corrigia lanceæ, quæ etiam anſula eſt, ad jactum.* Qua de re vide *Juſt. Lipſium* Poliorceticorum Lib. IV. Dial. V.

Πῶς πρὸς Θεῶν;] Eſt interrogatio ſciſcitantium à milite, qui tantum vulnus accepiſſet. Ei miles reſpondet, cùm ſcalam muro alicujus oppidi, quod oppugnabatur, admotam conſcenderet, id vulnus à ſe acceptum; quo mox oſtenſo, in riſum ſolvebantur. Citat hunc locum *Plutarchus*, ſed nullo fabulæ nomine addito. Quare ad hanc retulimus, ut & ſequens fragmentum.

5. Σφάττει &c.] Verba ſunt Gnathonis cujuſpiam aut Artotrogi, qui licèt lautè excipieretur à milite, gloriationes tamen ejus ferre non poterat.

9.

EX MILITIBUS.

1. *Apud Plutarchum de ſui laude* p. 547. T. II.

—— Quomodo hoc vulnus habes?
Amentato jaculo. Quî per Deos? in ſcalam
Muro adpoſitam adſcendens; ego quidem oſtendo
Seriò, illi verò iterum me irriſerunt.

2. *Ibidem.*

Enecat me, macilentus fio convivio exceptus,
Ejus dicteria quàm acuta & militaria!
Quantus jactator eſt hic ſceleſtus!

3. *Stobæi Flor. Tit.* IV.

Nemo conſcius ſibi eſt peccans, quantopere (videt.
Peccet *ad* magnitudinem (*flagitii quod adtinet*) ſed poſtea

4. *Plutarch. de Diſcrim. adulat. & amici* p. 62. T. II.

—— Me,
Nicomache, contra militem collocate,
Niſi fecero peponem totum ictibus contundens,
Niſi fecero ſpongiâ molliorem *ejus*
Vultum.

9. Ἐμὲ &c.] Comicos tantùm memorat horum verſuum auctores *Plutarchus*, ſed *Menandrum* non malè interpretari videtur *Pet. Colvius* ad Apuleii Lib. I. p. 16. Sequuti eum ſumus, & præterea hæc verba ad *Militum* fabulam retulimus.

11. Πέπονα] Proverbiale eſt loquendi genus, quod bene interpretatus eſt *Deſ. Eraſmus*, ad proverbialem formulam *ſpongiâ mollior*. Ut contuntendo peponem vel ſolis digitis, facilè molleſcit: ſic hominem ignavum feriendo & malè habendo, facilè ad modeſtiam adducitur, nec audet ejus limites tranſilire, molliorémque ſe omnibus præbet. Sic *Theopompus* apud *Athenæum* Lib. II. c. 68. productus ab *Eraſmo*: μαλακώτερα πέπονος καὶ σικύης μοι γέγονε: *mollior pepone & cucurbita mihi fuit.* Ergo *faciam totum peponem* eſt commodum & comem reddam.

12. Σπογγίας μαλακώτερον.] Verberando eum tam obſequentem reddam, quàm mollis eſt ſpongia. Vide *Eraſmum*. Ceterùm hæc oratio non eſt integra, vel eſt elliptica hoc ſenſu: niſi eum emollivero, me hominem nullius pretii habetote.

Digitized by Google

ΕΚ ΤΩΝ ΣΥΝΑΡΙΣΤΩΣΩΝ.

α'.

——— Ἔρως δὲ τῶν Θεῶν
Ἰσχὺν ἔχων πλείσην, ἐπὶ τούτῳ δείκνυται,
Διὰ τοῦτον ἐπιορκοῦσι τὰς ἄλλας Θεούς.

β'.

Πατὴρ δ' ἀπειλῶν οὐκ ἔχει μέγαν Φόβον.

γ'.

Τρισάθλιόν γε καὶ ταλαίπωρον Φύσει,
Πολλῶν τε μεστὸν ἐστὶ τὸ ζῆν Φροντίδων.

δ'.

——— Καὶ τὸν ἐπὶ κακῷ
Γινόμενον ἀλλήλων ἀγατησμὸν, οἷος ἦν;

ε'.

Ἂν ἔτι πιεῖν μοι δῷ τις, ἀλλ' ἡ βάρβαρος
Ἅμα τῇ τραπέζῃ καὶ τὸν οἶνον ᾤχετο
Ἅιρασ' ἀΦ' ἡμῶν·

ς'.

Γυναικεῖα ἀγορά.

In Titulum. Hanc fabulam verterat *Cæcilius*, cùm à *Nonio* citetur *Synariſtoſis*. *Plinius* etiam Lib. XXIII. c. 9. ejus meminit, ubi de ſemine Myrti ſativæ candidæ: *Apud Menandrum* Synariſtoſæ *hoc edunt*.

3. Ἐπιορκοῦσι] Dum amore novo accenſi amaſias, quibus æternam fidem jurarant, deſerunt.

8. Ἀγατησμὸν] Habet *Heſychius*, ἀγαπισμὸν, ἀγάπησις, quod

EX

EX UNA PRANDENTIBUS.

1. *Apud Stobæum Fl. Tit.* LXIII.

—— Amor verò Deorum
Vim maximam habere, hinc oſtenditur,
Propter hunc *homines* pejerant per alios Deos.

2. *Ibid. Tit.* LXXXIII.

Pater minans magnum metum non incutit.

3. *Ibid. Tit.* XCVIII.

Res naturâ miſerrima & ærumnoſiſſima
Et curis multis plena eſt vita.

4. *Suidas in* Ἀγατησμὸς.

—— Ille verò doloſus
Utriuſque factus amplexus qualis erat?

5. *Apud eumdem in* αἴρειν.

Si adhuc bibere mihi det aliquis, ſed hæc barbara,
Unà cum menſa & vino, abiit,
Sublato à nobis.

6. *Pollux* Lib. X. c. 2. §. 18.

Forum muliebre.

natum videtur ex confuſione τῶν I & H. Attamen ſi hoc nomen deducendum ab ἀγαπάζω, ut videtur, ſcribendum, cum *Groti*, eſſet ἀγαπασμὸς, ut à θαυμάζω θαυμασμὸς, à σαρκάζω σαρκασμὸς & ſimilia, quæ formantur à prima perſona præteriti perfecti paſſivi.

11. Ἄιρασ'] Adfert *Suidas* ut oſtendat αἴρειν τράπεζαν fuiſſe etiam amovere menſam, ut apud eum Poëtam aliquando eſt admovere. Vide in *Kekryphale.*

Digitized by Google

ΕΚ ΤΩΝ ΣΥΝΕΡΙΘΩΝ.

α'.

——— ὅτι ἀγαθὸν γάμον
Καὶ μόνος ὁ Θεὸς δίδωσιν, οὐ δ' ἥρωες
Κεῖς τοῦτο δύνανται, ἀλλ' ἀποπλήκτους ποιεῖν
Δύνανται μὲν, οὐ κέκτηνται δὲ τ' ὠφελές.

In Titulum. Hanc fabulam, prætermissam à *Grotio*, non omisit diligentissimus *Meursius*, qui hunc *Aristophanis* Scholiastæ locum indicavit. Συνέριθος est σύνεργος, συνυφαίνουσα, ut habent *Hesychius* & *Suidas*. Intelliguntur ergo mulieres unà ἔριον seu *lanam texentes*, aut nentes. *Alexis* Comœdiam scripserat πανυχίδα ἢ ἐριθους, quam sæpiùs laudat *Athenæus*.

2. Καὶ μόνος ὁ Θεὸς] Absurdè legitur apud Scholiasten *Aristophanis* χειμῶνος *hieme*, quod hic omni sensu caret; non magis enim hieme matrimonia contrahebantur, quàm æstate. Ὁ Θεὸς nobis visus est esse *Genius*, quia qui ita loquebantur, & de singulis agebant, voce illâ non quemvis Deum, sed eum cui peculiariter curæ eos esse putabant τὸν Θεὸν vocabant. Vide *Plutarchi*, *Maximi* Tyrii & *Apuleii* libros de Deo Socratis. Nuptiis autem præfuisse Genium vel *genialis lectus* ostendit, qui nuptiis sternebatur *in honorem Genii*, ut docet *Festus*.

Οὐ δ' Ἥρωες] Putabat, nempe, vulgus nocte in locis solis aut circa fana errantibus occurrere Heroas, qui eos malè mulctabant; quod videtur ortum ex fraude Sacerdotum, qui, ut reverentiam Sacrorum populis incuterent & fortè etiam prædarentur, larvati noctu occurrebant. *Aristophanes* in Avibus ℣. 1482. & seqq. hoc docet.

Ἔστι δ' αὖ χώρα πρὸς αὐτῷ
Τῷ σκότῳ πόρρω τις ἐν
Τῇ λύχνων ἐρημίᾳ
Ἔνθα τοῖς Ἥρωσιν ἄνερω-
Ποι παρισῶσι, καὶ
Ξύνεισι, πλὴν τῆς ἑσπέρας.
Τηνικαῦτα δ' ἐκεῖ' ἦν
Ἀσφαλὶς ξυντυγχάνειν

EX

EX LANIFICIS.

4. *Scholiaſtes Ariſtoph. in Aves* ỳ. 1490.

——— quia bonas nuptias
Vel ſolus Genius dat, ſed Heroës nequaquam
In hoc etiam pollent; verùm attonitos reddere
Poſſunt quidem, at non habent quod juvet.

Εἰ γὰρ ἐνῆν ἰσχύς τις ἥρωι
Τῶν βροτῶν νύκτωρ Ὀρέσῃ,
Γυμνὸς ἦν πλαγεὶς ὑπ' αὐ-
Τῆ πάντα τὰ 'πιδέξια.

Eſt itidem locus quidam, apud ipſas tenebras procul, in lucernarum ſolitudine. Ubi cum hominibus heroës unà prandent, & verſantur, praterquam veſperâ; tunc enim non amplius eſſet tutum obviam illis fieri. Si quis enim mortalium heroi Oreſtæ nocte occurrerit, nudus erit & ab eo in nobilioribus corporis partibus conciſus. Ad quæ Scholiaſtes: Ἥρωα αὐτὸν (Ὀρέσην) φησι, διὰ τὴν ὁμωνυμίαν πρὸς τὸν Ἀγαμέμνονος υἱὸν Ὀρέσην. Ἥρωες δὲ δύσοργοι καὶ χαλεποὶ τοῖς ἐμπελάζουσι γίνονται, καθάπερ Μίνωός φησιν ἐν Συνεριθοις· ὅτι ἀγαθὸν γάμου χειμῶνος (leg. καὶ μόνος) ὁ Θεὸς δίδωσιν, ὁ δ' ἥρως κτεῖνε τὸν δύνασθαι, ἀλλ' ἀποκλήκτους μὲν ποιεῖν δύνασθαι, τὸ δὲ ὠφελὲς οὐ κέκληται. Διό μοι δοκοῦσι καὶ οἱ τὰ Ἡρῶα παριόντες σιγὴν ἔχειν, ὡς Μυρτίλος ἐν τῇ πανοπάσῃ (lege cum Meurſio in Bibl. Attica τιλανόπαισι) ὁ σὴ Ὀρέσης λωποδύτης. Hæc, brevitatis cauſâ, non vertam. Hujuſmodi fuit Temeſæus ille Heros, qui exigebat tributum à Locrorum gente, éſtque ab Euthymo pugile victus & rapta reddere coactus. De eo *Strabo* Lib. VI. p. 255. *Ælianus* Var. Hiſt. Lib. VIII. c. 18. & alii. Hæc paullò pluribus, cùm quia hinc illuſtratur etiam fragmentum Συνεφήβων, tum etiam ut liqueat quàm antiqua ſit opinio, quæ etiamnum viget, lemures aut maleficos ſpiritus noctu eſſe timendos.

4. Δύνασθαι μὲν] Addidi μὲν & inverti nonnihil voces, verſûs cauſâ, quamvis nolim prorſus contendere eſſe hæc omnia ipſos verſus, & ipſa verba *Menandri*; neque enim ita ſunt accurati Veteres in citationibus, neque ita emendati Codices, ut ſemper iis prorſus fidere poſſimus.

Digitized by Google

ΕΚ ΤΗΣ ΣΤΝΕΡΩΣΗΣ.

α'.

Ἀναπετῶ.

β'.

Ἄφες τὸν ἄνθρωπον, τί κόπτεις, ὦ μέλεε.

1. Ἀναπετῶ] Citat *Suidas*, ut oſtendat uſum hujus vocis. Omiſerunt *Grotius* & *Meurſius* hanc fabulam, in Menandrianarum titulis.

2. Ἄφες &c.] Hinc uſum vocum ὦ *μέλεε* demonſtrat *Suidas*, ci-

ΕΚ ΤΩΝ ΣΤΝΕΦΗΒΩΝ.

α'.

—— οἱ γὰρ Ἥρωες κακοῦν,
Ὡς φασ', ἕτοιμοι μᾶλλον, ἢ εὐεργετεῖν.

In Titulum. *Cicero* hujus meminit fabulæ & à *Cæcilio* verſam docet, de optimo genere Oratorum, c. 6. *Idem Andriam & Synephebos, nec minus Terentium & Cæcilium, quàm Menandrum legunt.* De Finibus Bonorum Lib. I. c. 2. *Synephebos potius Cæcilii, aut Andriam Terentii, quàm utramque Menandri, legam.* Citat etiam *Chariſius* Synephebos *Cæcilii*, Æquales *Afranii* Nonius.

1. Οἱ γὰρ ἥρωες &c.] Vide not. ad Συνιρίεις. Adfert *Zenobius* hæc verba *Menandri*, ad illuſtrandum proverbium, ἀπὸ τῶν τοιούτων τῶν ἡρώων, quo utebantur ad ſignificandum ſe ab omni maleficio

EX

EX RIVALI.

1. *Ex Suida in voce.*

EXpandam, aperiam.

2. *Apud eumdem, in* ὦ μέλεε.

Dimitte hominem, quid illum feris, ô miſer?

tátque *Ariſtophanem*, *Platonem* & *Menandrum* Συνερώσῃ, quod vellet mutari *Meurſius* in Συναριστώσῃ. Verùm cùm bis ita laudetur à *Suida*, non video cur muterur, nam aptam fabulæ materiem ſuppeditare poteſt mulier *συνερῶσα*, *rivalis.*

EX JUVENIBUS ÆQUALIBUS.

1. *Apud Zenobium Cent.* V. *Prov.* 60.

—— Nam Heroës malè facere,
Ut aiunt, paratiores ſunt, quàm bene facere.

eſſe alienos, cùm Heroës malefici eſſe vulgò crederentur. Non tamen omnes ejus eſſe indolis ab omnibus putabantur, ſi audimus *Plutarchum* de placitis Philoſophorum Lib. I. c. 8. Θαλῆς, Πυθαγόρας, Πλάτων, οἱ Στωϊκοὶ Δαίμονας ὑπάρχειν οὐσίας ψυχικὰς· εἶναι δὲ καὶ ἥρως τὰς κεχωρισμένας ψυχὰς τῶν σωμάτων, καὶ ἀγαθὰς μὲν, τὰς ἀγαθὰς· κακὰς δὲ, τὰς φαύλας. *Thales*, *Pythagoras*, *Plato*, *Stoici eſſe aiunt Damonas ſubſtantias animales*; *atque eſſe heroas mentes à corpore ſejunctas*, *& bonos quidem*, *ſi bona*, *malos*, *ſi mala.*

Digitized by Google

ΕΚ ΤΗΣ ΤΙΤΘΗΣ.

α'.

Ἦν ἄν τις ὑμῶν παιδίον γ' ᾐτήσατ', ἢ
Κέχρηκεν, ἄνδρες γλυκύτατοι.

Ἦν ἄν τις &c.] Citat *Suidas*, ut oſtendat aliquando *αἰτήσασθαι*

ΕΚ ΤΟΥ ΤΡΟΦΩΝΙΟΥ.

α'.

Τὸ μηδὲν ἀδικεῖν ἐκμαθεῖν γάρ, ὦ Λάχη,
Ἄσεῖον ἐπιτήδευμα κρίνω τοῦ βίου.

β'.

Τὸ μηδὲν ἀδικεῖν καὶ Φιλανθρώπως ποιεῖ.

γ'.

Α. Ξένος τὸ δεῖπνόν ἐστιν ὑποδοχῆς τινός.
Β. Ποδαποῦ; διαΦέρει τῷ μαγείρῳ τοῦτο γάρ·
Οἷον τὰ νησιωτικὰ ταυτὶ ξενύδρια
Ἐν προσΦάτοις ἰχθυδίοις τεθραμμένα,
Καὶ παντοδαποῖς, τοῖς ἁλμίοις μὲν οὐ πάνυ

1. Τὸ *μηδὲν* &c.] *Philemoni* quidam Codd. hæc tribuunt, ut & ſequens fragmentum; alii *Menandro*, in Trophonio, quos ſequuti ſumus.

2. Ἄσεῖον ἐπιτήδευμα] Apparatus ad vitam bene & beatè tranſigendam. Scio ἐπιτήδευμα à *Suida* dixyωγὴν τοῦ βίου, & vulgò *vitæ inſtitutum* verti; ſed malim hìc vocis ſignificationem deducere ab ea poteſtate τῶν ἐπιτηδείων, quâ *neceſſaria* ad vitam ſonant, ita ut non multùm differat ἀπὸ τῆς ἐφοδίου. Vide Ὁμοπατρίους ϗ. 2.

3. Τὸ *μηδὲν* &c.] Homines, qui ſunt ſibi injuriarum aliis illatarum conſcii, ſunt inhumaniores reliquis; quia oderunt quos injuriâ adfecerunt, quaſi ſibi infenſos, & ſe tueri nequeunt, niſi terrore quodam & inhumanitate. Qui contrà nullius injuriæ ſunt ſibi conſcii, cùm à nemine ſibi timeant, ſolent eſſe humaniores.

4.

EX NUTRICE.

1. *Apud Suidam in* αἰτήσασθαι.

SI quis veſtrûm puellum petierit, aut
Commodaverit, viri dulciſſimi.

idem eſſe ac χρήσασθαι, *uti*. Vide *Harpocrationem*, in χίλημίνη.

EX TROPHONIO.

1. *Apud Stobæum Fl. Tit.* IX.

DIſcere enim, ô Laches, nihil injuſtè facere,
Elegantem apparatum exiſtimo eſſe ad vitam.

2. *Ibidem.*

Nihil injuſti facere reddit etiam humanos.

2. *Apud Athenæum* Lib. IV. p. 132.

A. Cœna eſt hoſpitis cuidam excipiendo.
B. Cujas *eſt?* Hoc enim coqui intereſt *ſcire*.
Sic, munuti illi hoſpites inſulares,
Nutriti recentibus piſciculis
Et omnigenis, marinis *victibus* non valde

4. Ξένε τὸ δεῖπνον ἐστίν] Verba ſunt hominis coquum alloquentis, & operam ejus adhibere volentis, ad excipiendum convivio hoſpitem. Ordo verborum eſt τὸ δεῖπνον ὑποδοχῆς ξένε τινὸς, *cœna quæ excipitur quidam hoſpes*, ut adventoria cœna ſignificetur. Ὑποδοχὴ alioqui quodvis convivium ſignificat. *Grotius* ante vocem ὑποδοχῆς præfigit litteram B. quæ ſignificat hæc verba eſſe coqui, & vertit ὑποδοχῆς τινος *qui ſolitus vivere*, ſeu, quomodo debet excipi? Sed molliùs fluere oratio videtur eo modo, quo eam diſtinximus, & ſequentia oſtendunt coquum quæſiviſſe tantùm cujas eſſet hoſpes, unde ſatis intellecturus erat quì deberet excipi. Itaque litteram ad verſum ſequentem tranſtulimus.

6. Οἷον τὰ &c.] Eſt apud *Athenæum* τὰ μὶν. *Grotius*.

8. Ἁλμίοις] Nempe, piſcibus, quia inſulares iis abundant. Sen-

ſus

Ἁλίσκετ', ἀλλ' οὕτως παρέργως ἅπτεται·
Τὰς δ' ὀνθυλεύσεις καὶ τὰ κεκαρυκευμένα
Μᾶλλον προσεδέξατ'. εἰ δέ τις τοὐναντίον
Ἀρκαδικὸς ἔρχετ', ἤ τις ἀθάλασσος ξένος,
Τοῖς ἐκ θαλάσσης λοπαδίοις ἁλίσκεται.
Ἰωνικὸς πλούταξ ὑποζάσεις πόθεν,
Κάνδαυλον, ὑποβινητιῶντα βρώματα.

δ'.

Χορτασθείς.

ε'.

Ὅτι δὲ λύσαντες τὴν λήκυθον ἐχρῶντο τῷ ἱμάντι πρὸς τὸ μασιγοῦν, Μένανδρος Τροφωνίῳ.

sus est optimus, nec mutanda vox ἁλμίοις in ἁλίκοις, quod est nomen herbæ maritimæ, ex cujus cineribus fiebat *Solda*, ut putabat *Cl. Salmasius*, quem vide ad *Solinum* p. 772. col. 1. Nimis properanter vir magnus verba *Menandri* legerat.

10. Τὰς ὀνθυλεύσεις] *Pollux* Lib. VI. 60. ὀνθυλεύσεις interpretatur περιττὰς σκευασίας, *nimia condimenta*; sed de ea voce copiosius egit *Is. Casaubonus* ad *Athenæum* Lib. I. c. 4. quem vide, si vacat, prolixior enim est locus, quàm huc transferri queat. Satis hic nobis erunt *Pollucis* verba allata, qui de hoc loco *Menandri* cogitasse videtur, ut liquebit ex aliis verbis, quæ mox adferemus.

Κεκαρυκευμένα] Hoc est, καρύκη, aut καρύκκη referta, quod condimenti genus fuit, quo aromatum instar utebantur. *Suidas*: ἔδισμα ἐκ πολλῶν συγκείμενον· βρῶμα Λύδιον ἐξ αἵματος καὶ ἄλλων ἐδισμάτων: *edulium ex multis compositum. Cibus Lydius, ex sanguine & aliis edulibus.* Cetera apud ipsum vide & Scholiasten *Aristophanis* ad Equites, ℣. 342.

11. Μᾶλλον προσεδέξατ'] Hæc digessimus in versuum legem. Apud *Athenæum*:

Μᾶλλον προσεδέξατ'. εἰ δέ τις ἔρχεται Ἀρκαδικὸς
Τὠνανίου ἀθάλασσος λοπαδίοις ἁλίσκεται.

Putavimus ex vocum similitudine, ut fieri solet, natam interpositorum omissionem; eóque magis, quòd alia Editio habet ἀθάλασσον ἐν τοῖς λοπαδίοις. *Grotius.*

14. Ἰωνικὸς &c.] Hic versus & sequens laudantur rursus ab *Athenæo* Lib. XI. p. 517. *Vocem* πλούταξ, inquit, *Is. Casaubonus* ad *Athenæum* Lib. IV. c. 4. *sumsit* Menander *ab* Eupolide, *nam ut illius propria adnotatur à veteribus Criticis.* Respicit ad *Pollucem*, qui Onomastici Lib. III. §. 109. sic habet: ὁ δὲ Εὐπόλιδος πλούταξ πί-

Capiuntur, ſed ſic leviter adficiuntur.
Condimenta, & aromatibus conſperſa
Magis probarint. Contrà ſi quis
Arcas venerit, aut hoſpes remotus à mari,
Lancibus ex mari *inſtructis* capitur.
Ion verò dives juſcula poſcit,
Candaulum, ad Venerem excitantes cibos.

4. *Apud eumdem* Lib. III. p. 99.

Satiatus.

5. *Harpocration in* αὐτόλεκυθοι.

Loro, cum lecythos ſolviſſent, uſos eſſe ad cædendum *auctor* eſt Menander in Trophonio.

παιζαι, hoc eſt, *tocando ficta eſt* ea vox, cùm non eſſet in uſu; non verò *ridetur*, ut habet Latinus *Pollucis* interpres.

Ὑποστάσεις ποθεῖ.] Legitur ποιῶν. *Grotius*. Optimè. Hunc locum præ oculis habebat *Pollux* cùm ſcriberet Lib. VI. §. 60. αἱ δὲ περίζωμαι σκευασίαι ὀνθυλεύσεις καὶ μοιθυλεύσεις ἐκαλοῦντο, ὡς καὶ παρὰ Μενάνδρῳ αἱ ὑποστάσεις, ζωμὸς παχὺς ἀμύλῳ πεπηγυῖα: *condimenta nimia* Onthyleuſes, & Monthyleuſes *vocabantur*, *ut* & *apud Menandrum*, hypoſtaſes, *jus flore farinæ adſperſo ſpiſſatum*. Quo *Pollucis* ſolo loco fatetur *Iſ. Caſaubonus* doctum ſe quid eſſent ὑποστάσεις apud *Menandrum*, ad Athen. Lib. IV. c. 4. Sic dictum fuit jus illud ſpiſſum, quòd ὑπόστασις ſedimentum ſignificet.

Ὑποβυτιδῶνα] Hæc verba profert etiam *Euſtathius* in Homerum pag. MDCCXXIV, 53.

15. Κάνδαυλον.] Si ſit idem ac κάνδυλος cujus meminit *Pollux* Lib. VI. §. 69. erat cibus ἐξ ἀμύλου, καὶ τύρου, καὶ γάλακτος, καὶ μίλτος, *flore farinæ*, *caſeo*, *lacte*, & *melle* conſtans. Sed non erat unum genus Candyli, aut Candauli, ut docet *Athenæus* Lib. XII. p. 516. Κάνδαυλον δέ τινα ἔλεγον οἱ Λυδοὶ, οὐχ ἓνα ἀλλὰ τρεῖς, ὅθεν ἐξέπεσεν πρὸς τὰς ἡδυπαθείας· γινέσθαι δὲ αὐτὸν φησὶν ὁ Ταραντῖνος Ἡγήσιππος ἐξ ἑφθῆ κρέως καὶ κνηθῆ ἄρτου, καὶ Φρυγίου τύρου, ἀνήθου τε καὶ ζωμῷ πίονος. *Candaulum quoddam* (condimentum) *dixerunt Lydi*, *non unum*, *ſed tria*; *ita erant exercitati in deliciis*. *Factum autem illud ait Hegeſippus Tarentinus ex elixa carne*, *deraſo pane*, *Phrygio caſeo*, *anetho* & *jure pingui*. Tum adfert *Alexidis* locum in hanc rem, quem apud ipſum leges. Ad hoc nomen alludit Belgicum *candeel*, & Anglicum *cadel*.

16. Χορταζθεὶς] Profert hoc verbum *Athenæus* è *Menandro*, ut oſtendat tam Græcum hoc fuiſſe, quàm κορεσθεὶς, quod & aliis teſtimoniis probat.

Digitized by Google

ΕΚ ΤΗΣ ΤΑΡΙΑΣ.

α'.

Ὡς ἡδὺ τῷ μισοῦντι τοὺς Φαύλους τρόπους
Ἐρημία, καὶ τῷ μελετῶντι μηδὲν ἦν
Πονηρὸν, ἱκανὸν κτῆμ' ἀγρὸς τρέφων καλῶς.
Ἐκ τῶν ὄχλων δὲ ζῆλος, ἥ τε κατὰ πόλιν
Αὕτη τρυφὴ λάμπει μὲν, ἐς δ' ὀλίγον χρόνον.

β'.

Γέροντα δυσχοροῦντα, τῶν αὐτοῦ κακῶν
Ἐπαγόμενον λήθην, ἀναμνήσας πάλιν,
Ἐπὶ τ' ἀτυχεῖν ἤγειρας.

γ'.

——— οἱ δὲ κατὰ χειρῶν λαβόντες
Περιμένουσι Φίλτατοι

δ'.

——— Παρουσίαν, καὶ μήποτε
Ἡ παρὰ πρόθεσις παρέλκει.

ε'.

Εὐθὺς καταχρήσασθαι τὸν ἀνορωρυγμένον
Ταύτην ἰδόντα.

1. Ὡς ἡδὺ] Paria invenies, in laudibus vitæ ruſticæ, apud *Stobæum* Tit. LVI. & alibi.

9. Κατὰ χειρῶν] Profert *Athenæus*, ut oſtendat uſum hujus loquutionis, λαμβάνειν κατὰ χειρῶν, ubi ſermo eſt de abluendis manibus & ſubauditur ὕδωρ, *aquam*; quòd auctoritatibus etiam aliorum Poëtarum demonſtrat.

11. Παρουσίαν] *Heſychius* ex *Menandro* probat παρουσίαν idem eſſe

ΕΧ

EX HYDRIA.

1. *Apud Stobæum Flor. Tit.* LVIII.

QUàm dulce eſt odio habenti malos mores
Solus locus, & meditanti nihil *videre*
Mali! Sufficiens poſſeſſio eſt ager lautè alens.
Ex turba *clientium* invidia naſcitur, & quæ in urbe *ſunt*
Hæ quidem deliciæ ſplendent, at in breve tempus.

2. *Ibidem Tit.* CIV.

Seni infelici, ſuorum malorum
Inducenti oblivionem, dum memoriam revocas,
Ad infelicitatem eum excitaſti.

3. *Apud Athenæum* Lib. IX. p. 408.

—— Illi verò poſtquàm manibus acceperunt *aquam*
Exſpectant amiciſſimi.

4. *Apud Heſychium in* παρσία.

Παρσίαν, nec umquam
Præpoſitio παρὰ abundat.

5. *Apud Suidam in voce* ἀνορωρυγμένος.

Statim interfeciſſe effoſſum illum
Cùm hanc vidiſſet.

ac ὑσίαν, aut πεσσυσίαν, ſeu bona. Sed dubito an hæc verba ſint *Menandri*, an verò Grammatici. *Menandro* tribuit *Meurſius* in Bibl. Attica.

13. Εὐθὺς &c.] Adfert *Suidas*, ut oſtendat uſum vocis ἀνορωρυγμένος, ſed quid hæc ſibi velint vix intelligere licet, niſi cohærentia hiſce alia verba inveniantur.

Digitized by Google

ΕΚ ΤΗΣ ΤΜΝΙΔΟΣ.

α'.

Οὐ πάνυ τι γηράσκουσιν αἱ τέχναι καλῶς,
Ἂν μὴ λάβωσι προσάτην Φιλάργυρον.

β'.

Οὐ πῦρ γὰρ αἰτῶν, οὐδὲ λοπάδ' αἰτούμενος.

γ'.

Βάκυλος.

δ'.

Πάρυφις

ε'.

——— ἀλλά τ' ἀργυρώματα
Ἥκω λαβεῖν βυλόμενος.

In Titulum. Hanc fabulam verterat *Cæcilius*, ut liquet ex citationibus *Festi* & *Nonii*, apud quos tamen malè legitur *Hymnis*, quasi in ablativo casu ob ὕμνοις, cùm legi oporteret *Hymnide*, ut rectè animadvertit *Pet. Victorius* Var. Lect. Lib. I. c. 11. Idem etiam observavit hanc fabulam citatam à *Cicerone* Lib. II. de Finibus, c. 7. *Atque reperiemus Asotos primùm ita non religiosos, ut edant de patella; deinde ita mortem non timentes, ut illud in ore habeant ex Hymnide:*

Mihi sex menses satis sunt vitæ, septimum Orco spondeo.

1. Οὐ πάνυ &c.] Exstat etiam hoc, apud *Maximum* Tyrium Or. XXX. Sensus est, nisi artifex sit parcus, in juventute, nihil senectuti ejus postea suppetere, nam προσάτης τέχνης est ipse artifex.

ΕΚ ΤΟΥ ΤΡΟΒΟΛΙΜΑΙΟΥ.

α'.

Παύσασθε νῦν ἔχοντες· οὐδὲν γὰρ πλέον
Ἀνθρώπινος νοῦς ἐστιν, ἀλλ' ὁ τῆς Τύχης,

In Titulum. Hanc fabulam memorat *Quintilianus* Lib. X. c. 1. inter eas, in quibus se esse omnibus numeris absolutum Rhetorem ostendit.

Digitized by Google

EX HYMNIDE.

1. *Apud Stobæum Flor. Tit.* LXI.

NOn admodum commodè ſeneſcunt artes,
Niſi acceperint avarum præfectum.

2. *Suidas in αἰτήτασθαι & αἰτήμενος.*

Neque enim ignem petens, neque ollam poſcens.

3. *Apud Heſychium in voce.*

Remiſſus.

4. *Apud eumdem in voce.*

Textura.

5. *Apud Athenæum* Lib. VI. p. 231.

—— ſed argentea vaſa
Venio ſumere volens.

3. Οὐ πῦρ &c.] Habet etiam *Ammonius* in αἰτῶ. *Suida* & *Ammonio αἰτῶν* eſt qui petit, ſemper habiturus; *αἰτήμενος*, qui petit, ut reddat. Quam in rem, hunc verſum adferunt. Adi & *Harpocrationem* in ἠτημένη, ubi etiam hic verſus laudatur.

4. Βάκηλος] Eſt *Heſychio γυναικώδης*, *παρειμένος*, quod uſu *Menandri*, in hac fabula probat.

5. Πάρυδις] Habet hanc vocem *Heſychius*, ſed ſine interpretatione; tantùm indicat fuiſſe eam in hac *Menandri* fabula. Exſtat etiam apud *Pollucem*, Lib. VII. §. 46. pro veſte *intertexta*, ſi modò locus ſit ſanus.

6. Ἀλλά τ' ἀργυρώματα] Hunc & alia loca ſimilia profert *Athenæus*, ubi de argenteis vaſibus agit.

E SUPPOSITITIO.

1. *Apud Stobæum Ecl. Phyſ. Tit.* X.

DEſinite ingenio pollere, nihil enim ampliùs
Humana ſollertia eſt, ſed Fortunæ,

oſtendit noſter. *Cæcilii Hypobolimæus*, aut *Subditivus* citatur etiam à *Nonio*,

Εἴτ' ἔςι τὸ πνεῦμα θεῖον, εἴτε νοῦς.
Τοῦτ' ἔςι πάντα καὶ κυβερνῶν καὶ ςρέφον,
Καὶ σῶζον· ἡ πρόνοια δ' ἡ θνητὴ κατνὸς,
Καὶ Φλήναφος, πείθεσθε κ' ὃ μέμψεσθέ με.
Ἅπαντα δ' ὅσα νοοῦμεν, ἤγαν πράττομεν,
Τύχη 'ςιν, ἡμεῖς δ' ἐσμὲν ἐπιγεγραμμένοι.
Τύχη κυβερνᾷ πάντα· ταύτην καὶ Φρένας
Δεῖ καὶ πρόνοιαν τὴν Θεοῦ καλεῖν μόνην,
Εἰ μή τις ἄλλως ὀνόμασιν χαίρει κενοῖς.

β'.

Οὐ παντὸς ἀγαθοῦ τὴν πρόνοιαν αἰτίαν
Κρίνων ἂν ὀρθῶς ὑπολαβεῖν τίς μοι δοκεῖ,
Ἀλλ' ἔςι καὶ ταυτόματον ἐνίοτε χρήσιμον.

γ'.

Ἀεὶ κράτιςόν ἐςι τ' ἀληθῆ λέγειν·
Ἐν παντὶ καιρῷ. τοῦτ' ἐγὼ παρεγγυῶ
Εἰς ἀσφάλειαν τῷ βίῳ πλεῖςον μέρος.

δ'.

Πολλῶν κατὰ γῆν καὶ κατὰ θάλατταν θηρίων
Ὄντων, μέγιςόν ἐςι θηρίον γυνή.

3. Εἴ τ' ἐςι τὸ πνεῦμα] Figmentum cerebri sui in veram quamdam naturam, seu personam mutare conabantur. Sed ostendimus nomen Fortunæ inanem fuisse sonum, *Artis Criticæ* Part. 2. Sect. I. c. 9.

4. Τοῦτ' ἐςι πάντα] Ex conjectura, nam vulgò erat τοῦτ ἐςι τὸ κυβιςῶν καὶ ςρέφον. *Grotius.*

5. Καὶ σῶζον] Ita versus & sensus postulabat. Scribebatur ζωῶν. *Idem.* Rectè. Sic quoque *Guil. Canterus* emendarat Var. Lect. Lib. VIII. c. 3.

7. Ἅπαντα δ' ὅσα ποιοῦμεν ἤγαν] Ita emendavimus, cùm vulgò legeretur, ἅπαντ' ὅσα ποιοῦμεν ἢ γίγνεται, ἢ πράττομεν. *Idem.* Emendabat idem *Guil. Canterus*, eodem loco, νοοῦμεν, λέγομεν ἢ πράττομεν. Sensus est optimus, sed minor mutatio est, si pro ποιοῦμεν ἢ γίγνεται, legamus νοοῦμεν, ἤγαν & sensus æquè commodus. Est in lectione Grotiana ταυτολογία, quæ ferri nequit, nam ποιοῦμεν & πράττομεν idem sunt. Vertit etiam parum feliciter:

Quid fit, quod agitur omne id fortuna est opus,

nam ταυτολογίαν mollire non potuit.

8.

Sive ſit ſpiritus divinus, ſive Mens.
Hoc eſt quod omnia regit & verſat,
Et ſervat; mortalis verò prudentia *eſt* fumus,
Et nugæ; credite, nec me incuſabitis.
Quæcumque animo agitamus, vel facimus
Fortuita ſunt, nobis verò adſcribuntur.
Fortuna regit omnia, hanc & ingenium,
Et prudentiam oportet ſolam Deam vocare.
Niſi quis inanibus nominibus fruſtra delectetur.

2. *Ibidem.*

Non omnis boni prudentiam cauſam *eſſe*
Qui judicat, rectè cenſere mihi videtur,
Verùm eſt etiam ſors aliquando utilis.

3. *Apud eumdem Flor. Tit.* XI.

Semper optimum eſt vera dicere
Omni tempore, hoc ego ſpondeo,
Ad ſecuritatem vitæ plurimum facere.

4. *Ibidem Tit.* LXXIII.

Omnium ferarum quæ ſunt per terram, aut per mare
Maxima fera eſt mulier.

8. Τύχη 'στι] Ita corrigendum duxi. Vulgò erat τύχης ἐστὶν. Duos autem hos verſus ita malebat legere *Salmaſius:*

Πάντ' ὅσα ποιοῦμεν ἢ λέγομέν ἐστι Τύχης,
Ἡμεῖς δὲ μόνον ἐσμὲν ἐπιγεγραμμένοι.

Grotius. Vitabat ſic ταυτολογίαν, ſed nimiam mutationem inducebat.

11. Ὀνόμασιν χαίρει κενοῖς] Quod aliis exprobrat *Menander*, hoc ipſe quàm maximè admittit, dum Caſum προσωποποιημένον facit Deum unicum, cujus animo ſibi notionem effingere nemo poſſit, ut oſtendimus *Artis Criticæ*, loco citato. Vide fragm. III. ex incerta Comœdia.

17. Εἰς ἀσφάλειαν] Quia ſi mendacium retegatur, quod ſeriùs ocyùs contingit, decepti malè volunt iis à quibus ſunt mendacio deluſi.

Πλεῖστον μέρος] Cum virtutes ſingulæ κατὰ μέρος proſint ad vitam bene & beatè agendam, veracitas eò confert πλεῖστον μέρος, certè multis in rebus.

ε'.

——— Τοῦτο μόνον ἐπισκοτεῖ
Καὶ δυσγένειαν καὶ τρόπων πονηρίαν,
Καὶ πᾶσιν οἷς ἔσχηκεν ἄνθρωπος κακοῖς,
Τὸ πολλὰ κεκτῆσθαι· τὰ δ' ἄλλ' ἐλέγχεται.

ς'.

Δυσπαρακολούθητόν τι πρᾶγμ' ἔχει Τύχη.

ζ'.

——— Τοῦτον εὐτυχέστατον λέγω,
Ὅστις θεωρήσας ἀλύπως, Παρμένων,
Τὰ σεμνὰ ταῦτ' ἀπῆλθεν, ὅθεν ἦλθεν ταχύ,
Τὸν ἥλιον τὸν κοινὸν ἀέρ', ὕδωρ, νέφη,
Πῦρ. ταῦτα, κἂν ἑκατὸν ἔτη βιώσεται,
Ὄψει παρόντα, κἂν ἐνιαυτὸς σφόδρ' ὀλίγος.
Σεμνότερα τούτων ἕτερα οὐκ ὄψει ποτέ.
Πανήγυριν νόμισόν τιν' εἶναι τὸν χρόνον,
Ὃν φημὶ, τοῦτον, καὶ πανδημίαν βροτῶν.
Ὄχλος, ἀγορὰ, κλέπται, κυβεῖαι, διατριβαί.
Ἂν πρῶτος ἀπέλθῃς, καταλύσεις σὺ βελτίον,

20. Ἐπισκοτεῖ] Impedit ne animadvertantur, aut exprobrentur. Vide Bœotiæ ϗ. 4.

24. Δυσπαρακολούθητον] Cùm παρακολουθεῖν sit *intelligere* & *adsequi*, δυσπαρακολούθητον est *quod aegrè intelligitur*. Hinc Rhetores genus causarum obscurum & difficile vocabant δυσπαρακολούθητον. *Quintilianus* Inst. Lib. IV. c. 1, *Genera porrò causarum plurimi quinque fecerunt, honestum, humile, dubium vel anceps, admirabile, obscurum; id est*, ἔνδοξον, ἄδοξον, ἀμφίδοξον, παράδοξον, δυσπαρακολούθητον. Eodem sensu, *Euripides* Helena dixit Deum esse δυστέκμαρτον, in verbis quæ citat *Stobæus* de R. N. Tit. X. Imitatus est *M. Aurelius* Lib. II c. 17. ubi vide *Thom. Gatakerum*.

26. Ὅστις θεωρήσας &c.] Videtur hunc locum *Menandri* animo versasse aliquoties *M. Aurelius*, qui Libro II, 14. & alibi sæpiùs similia dixit, ut rectè animadvertit *Thom. Gatakerus*. Κἂν τρισχίλια ἔτη βιώσῃ ἢ μύρια, καὶ τοσαυτάκις μύρια, ὅμως μέμνησο ὅτι οὐδεὶς ἄλλον ἀποβάλλει βίον, ἢ τοῦτον ὃν ζ�ᾷ· οὐδὲ ἄλλον ζᾷ, ἢ ὃν ἀποβάλλει. *Quamvis tria millia annorum victurus esses, & totidem insuper myriadas, illud tamen meminisse debes, nec ullam aliam vitam ab ea, quam degit, amittere quemquam: nec aliam vitam ab ea, quam amittit, degere.* Paullò pòst: οὐδὲν διαφέρει πότερον ἐν ἑκατὸν ἔτεσιν, ἢ ἐν δι-κοσίοις, ἢ ἐν τῷ ἀπείρῳ τὰ αὐτὰ τις ὄψεται: *nihil interest utrum centum*

Digitized by Google

5. *Ibid. Tit.* XCI.

—— Hoc ſolum tegit
Et ignobilitatem & morum nequitiam,
Et omnia mala, quæ quivis habet,
Multa poſſidere. Reliqua verò arguuntur.

6. *Apud eumdem Ecl. de Moribus Tit.* II.

Fortuna res eſt difficilis intellectu.

7. *Apud eumdem Flor. Tit.* CXXII.

—— Hunc beatiſſimum aio,
Quicumque ſine mœrore, Parmeno, contemplatus
Pulcra hæc, quàm primum abiit eò unde venit,
Solem commune aſtrum, aquam, nubes,
Ignem. Eadem, ſive centum annos victurus eſſet,
Videbit præſentia, ſive annos perpaucos *vivat*.
Pulcriora hiſce alia numquam videbit.
Mercatum putato quemdam eſſe tempus
Hoc quod dico, & peregrinationem mortalium.
Turba, forum, fures, aleæ, moræ.
Si priùs abieris meliùs tu divertes.

tum annis, an ducentis, an in infinito tempore eadem aliquis viderit. Alia ejus loca indicabit eruditus interpres, quem nomine appellavi.

18. Νίφη] Vocem *νίφη* retraxi in hunc verſum. *Grotius.*

30. Ὀλίγως] Poſt hanc vocem, *σιγὴν τελείαν* addidimus, quia ſunt quæ hic dicuntur conjungenda cum antecedentibus, non cum præcedentibus. Eaſdem, nempe, videmus Univerſi partes, ſive diu, ſive per breve tempus vivamus; nec erit aliquando tempus, quo pulcriores videamus. Quod de hac mortali vita intelligendum.

Πανήγυρη] Mercatum, aut conventum, quales erant in ludis Olympicis, aliiſque ejuſmodi.

33. Κἀπιδημίαν βροτῶν] Ita verſui conſului, erat enim ὃν φημὶ τοῦτον ἐπιδημίαν ἀνθρώπου. *Grotius.* Imitatus eſt hunc locum *M. Aurelius* Lib. II. c. 17. ὁ βίος πόλεμος καὶ ξένη ἐπιδημία. *Vita bellum eſt & peregrini in alieno ſolo commoratio. Seneca* in excerptis, laudatus ab interprete: *Morieris. Peregrinatio eſt cita. Multum cum deambulaveris, redeundum eſt domum.*

36. Καταλύσεις σὺ βελτίον] Sic emendabat *Salmaſius*, pro καταλύσεις βελτίονα. Idem ſequente verſu, ut ſcripſimus interpungebat, nam vulgò eſt ἐφόδι' ἔχων. ἀπλᾶς ἐχέρως ᾄδει. Confer quæ ſequuntur in parte oppoſita. *Grotius.*

Digitized by Google

Ἐφόδι' ἔχων ἀπῆλθες, ἐχθρὸς ᾄδενί.
Ὁ προσδιατρίβων δὲ, κοπιάσας ἀπώλεσε·
Κακῶς τε γυρῶν, ἐνδεής τε γίνεται,
Ῥεμβόμενος ἐχθρὸς εὖρ', ἐπεβλεύθη πόθεν.
Οὐκ εὐθανάτως ἀπῆλθεν ἐλθὼν εἰς χρόνον.

η'.

Τὸν ἄμητα χαίροις τε εἰ ἔπεττόν τινα.

θ'.

——— Γέρων ἀνεμέμικτ' ἄθλιος,
Λέμφος

ι'.

——— Μικρὰ Παναθήναι', ἐπεὶ
Πέμποντες ἔτοι δι' ἀγορᾶς ἐμοσχίων,
Μήτηρ ἑώρα τῆς κόρης ἐφ' ἅρματος.

39. Ῥεμβόμενος] *Antonius* loco laudato: ἡ ψυχὴ ῥέμβος, *anima est vaga.*

40. Εὐθανάτως] Hanc vocem ex *Cratino* profert *Pollux* Lib. III, 106. Sic & ſtatum ſine dolore morientium εὐθανασίαν vocabant. *Suetonius* in Auguſto, c. 99. *Sortitus exitum facilem & qualem ſemper optaverat. Nam fere quoties audiſſet, citò ac nullo cruciatu defunctum quempiam, ſibi & ſuis εὐθανασίαν ſimilem (hoc enim & verbo uti ſolebat) precabatur.*

41. Τὸν ἄμητα] Profert *Athenæus*, ut oſtendat uſum vocis ἄμης, ad ſignificandum placentæ genus.

42. Γέρων &c.] *Ammonius* Ὑποβολιμαίης citat, plurali numero. Pro ἀμέμικτο, ſcripſi ἀνεμέμικτο, ut eſſet ſaltem vox Græca, quamvis ſenſus loci ſit obſcurus.

44. Μικρὰ &c.] Locum adducit *Suidas*, ut probet πέμπειν eſſe *pompam ducere.* De parvis Panathenæis vide *Joan. Meurſium*, in Græcia Feriata. Sequutus ſum ad ſuos numeros hæc revocantem

Abiveris viatico inſtructus, inviſus nemini.
Qui diutiùs moratur, poſtquàm laborem pertulit perit,
Et malè ſeneſcens, cujuſpiam rei indigus fit.
Vagatus hoſtes invenit, unde inſidiæ ei poſitæ erant,
Non felici morte functus deceſſit, qui ad tempus *longum* pervenit.

8. *Apud Athenæum* Lib. XIV. p. 644.

Gaviſus eſſes, ſi quam placentam coxiſſent.

9. *Apud Ammonium in* Λέμβοι, *καὶ* Λέμφοι.

—— Senex miſtus fuerat miſer,
Mucoſus

10. *Apud Suidam in* πέμπειν.

—— Erant parva Panathenæa, cùm
Pompam ducentes hi per forum vitulabantur,
Mater puellæ ſpectabat in curru.

Joſ. Scaligerum, in conjectaneis ad *Varronem* Lib. VI. p. 159. Hinc illuſtrat verbum Latinum *vitulari*, quod reſpondet Græco μοσχιᾶν. Sic autem verſibus Comicis interpretatur:

—— cùm minuſculas Quinquatrias
Celebrantes iſti toto vitulabant foro,
Spectabat in pilento mater virginis.

Photius quoque in MS. Lexico hunc locum citat. Hæc fragmenta Græca Suppoſiticii potuerunt inveniri; quibus addas licet quod habet *Quintilianus* Lib. I. c. 10. *Apud Menandrum*, inquit, in *Hypobolimæo ſenex repoſcenti filium patri rationem impendiorum, quæ in educationem contulerat, exponens Pſaltis ſe & Geometris multa dicit dediſſe.* Laudat & Lib. X. c. 1. ubi oſtendit *judicium* fuiſſe hic deſcriptum, in quo *Menander* ſe oratorem probaverat.

Digitized by Google

ΕΚ ΤΟΥ ΦΑΝΟΥ.

α'.

——— Ὑπελήλυθε
Δέ μ' ναρκα τις ὅλον τὸ δέρμα.

β'.

Φανάριον.

1. Ὑπελήλυθε] Hæc verba adfert *Athenæus*, ad illuſtrandum id quod dicitur de Torpedine piſce, torporem in manus eorum, qui

ΕΚ ΤΟΥ ΦΑΣΜΑΤΟΣ.

α'.

——— ἐπισυμβαίνεται
Ἂν ἡ σκευασία καθάριος ᾖ καὶ ποικίλη.

β'.

Ἔμβαρος.

In Titulum. Hanc *Menandri* fabulam L. Lanuvius, *Terentii* æmulus, verterat, ut docet *Terentius* Eunuchi Prologo ϗ. 9. *Plauti* quoque fuit Comœdia, eodem nomine. Menandrianæ Phaſmatis argumentum ſic exponit *Donatus* in Eunuchi Prologum: PHASMA *autem nomen eſt fabulæ* Menandri; *in qua noverca ſuperinducta adoleſcenti virginem, quam ex vicino quodam conceperat, furtim eductam, cum haberet in latebris, apud vicinum proximum, hoc modo ſecum habebat aſſiduè, nullo conſcio. Parietem, qui medius inter domum mariti ac vicini fuerat, ita perfodit, ut in ipſo tranſitu ſacrum locum eſſe ſimularet. Cúmque tranſitum intenderet ſertis ac fronte felici, rem di-*

EX

EX CANDELABRO.

1. *Apud Athenæum* Lib. VII. p. 314.

—— Subiit
Torpedo totam cutem meam.

2. *Euſtath. in Homer.* MDLXXI, 4.

Exiguum candelabrum.

eum capiunt, inducente.

E SPECTRO.

1. *Apud Athenæum* Lib. XIV. p. 661.

—— ſignificat
An apparatus mundus ſit & varius

2. *Heſychius in voce.*

Deſipiens.

vinam ſæpe faciens, evocabat ad ſe virginem. Quod cùm animadvertiſſet adoleſcens, primùm adſpectu pulcræ virginis, velut Numinis viſu, perculſus exhorruit; unde Phaſma eſt nomen Fabulæ. Deinde paullatim re cognitâ, exarſit in amorem puellæ; ita ut remedium tantæ cupiditatis, niſi ex nuptiis, non reperiretur. Ita ex commodo matris & virginis, & ex voto amatoris, conſenſuque patris, nuptiarum celebratione, finem accipit fabula. Verba hujus Comœdiæ citata, ut putantur, ab *Athenæo* Lib. XIV. p. 661. non tam verba Poetæ videntur, quàm *Athenæi*, qui, agens de coquis, habet: *καὶ Μένανδρος ἐν Φάσματι ἐπισημαίνεσθαι ἂν ἡ σκευασία καθάριος ἢ καὶ ποικίλη.*

Digitized by Google

ΕΚ ΤΟΥ ΦΙΛΑΔΕΛΦΟΥ.

α'.

Ὡς ἡδὺ τὸ ζῆν, εἰ μεθ' ὧν κρίνει τὶς ἂν
Τοῦτ' ἔχει τὸ ζῆν, ἀχ ἑαυτῷ ζῆν μόνον.

β'.

Ἤδη δ' ἐπίχυσις, διάλιθοι λαβρώνιοι.
Πέρσαι δ' ἔχοντες μυιοσόβας ἑστήκεσαν.

γ'.

——— Ὡς' ἐγὼ
Ἀνειλόμην πᾶ σαυνίῳ πεπληγμένος.

δ'.

Νὴ τὸν Δία τὸν μέγιστον ἐκτυφήσομαι.

3. Ἤδη δ' ἐπίχυσις] Adfert *Athenæus*, ad illuſtrandum uſum vocis λαβρωνία, pro poculo Perſico. Ἐπίχυσις fuit vas majus è quo vinum in cyathos fundebatur, noménque id à Græcis ad Romanos tranſierat. *Varro* de L. L. Lib. IV. p. 31. Ed. Scalig. *Quo vinum dabant, ut minutatim funderent, à guttis Guttum appellarunt, & quo ſumebant minutatim, à ſumendo ſimpulum nominavere. In hujus locum, in convivitis, è Græcia ſucceſſit* Epichyſis & Cyathus; *in*

ΕΚ ΤΩΝ ΧΑΛΚΕΙΩΝ.

α'.

Ὅταν τι πράττεις ὅσιον, ἀγαθὴν ἐλπίδα
Πρόβαλλε σαυτῷ, τοῦτο γινώσκων ὅτι
Τόλμη δικαίᾳ καὶ Θεὸς συλλαμβάνει.

In Titulum] Χαλκεῖα feſtum fuit Athenienſium Minervæ, aut Neptuno ſacrum, ut docet *Harpocration*, qui eodem loco teſtatur eo nomine ſcriptam à *Menandro* Comœdiam. De eo feſto vide quæ collegit *Joan. Meurſius* Lib. IV. c. 24. Lectionum Atticarum. A-

pud

EX FRATRUM AMANTE.

1. *Apud Stobæum Flor. Tit.* CXXII.

QUàm dulce eſt vivere, ſi cum iis quibuſcum judices
Vivendum vivas, non tibi dumtaxat!

2. *Apud Athenæum* Lib. XI. p. 486.

Jam Epichyſis & calices *erant* lapillis ornati,
Perſæque ſtabant habentes muſcaria.

3. *Pollux* Lib. X. c. 31. §. 143.

—— Itaque ego
Fermè moriebar, ſaunio percuſſus.

4. *Euripidis Schol. in Phœniſ.* 1161.

Per Jovem maximum, oculis confundor.

ſacrificiis remanſit Guttum & Simpulum. Plautus etiam hac voce uſus eſt, ut animadvertit *Joſ. Scaliger*, Rudente Act. V. S. II, 32.

4. Μυιοσόβας] Sic vocabant flagella, quibus abigebant muſcas ſervi. Quam vocem profert etiam ex hac Comœdia *Pollux* Lib. X, 94.

6. Σαννίῳ] Verutum ſic dicebatur. Vide *Pollucis* Intt.

7. Ἐκτυφήσομαι] Ut hujus vocis uſum oſtendat, adfert ille Scholiaſtes. Habuimus in Ἐπιτρέποντι frag. 2.

EX VULCANALIBUS.

1. *Apud Stobæum Flor. Tit.* VII.

CÙm ſanctum quidpiam facis, bonam ſpem
Tibi proponito, hoc probè ſciens, fore ut
Auſo juſto Deus quoque opituletur.

pud *Nonium* laudatur *Cæcilius* in *Chalcis*, quæ fortè hujus Comœdiæ tranſlatio fuit.

2. Πρόβαλλε σαυτῷ] Sic MS. aliàs, ſenſu eodem, προβαλλ' ἑαυτῷ. *Grotius.*

4.

Digitized by Google

β'.

——— Τοῦτο δὴ τὸ νῦν ἔθος,
Ἄκρατον ἐβόων, τὴν μεγάλην ψυκτῆρά τις
Προὔπινεν, αὐτὸς ἀθλίως ἀπώλλυεν.

4. Τοῦτο δὴ &c.] Hæc verba profert *Athenæus* Lib. XI. ubi agit

ΕΚ ΤΗΣ ΧΑΛΚΙΔΟΣ.

α'.

Ἐν ταύτῃ δίδονται τῇς μοιχείας γραφαί.

In Titulum. Posset fieri ut hæc fabula eadem ac superior esset. Sed cùm *Suidas* & *Photius* MS. citent *Menandrum* Χαλκιδι, titulum

ΕΚ ΤΗΣ ΧΗΡΑΣ.

α'.

Βοῶν ποιείτω τὴν πόλιν διάζατον

β'.

Πρὸς τὴν ἀδελφὴν ἀνάδοχον τῶν χρημάτων.

1. Βοῶν &c.] Hunc versum debemus *Harpocrationi*, à quo citatur, ut ostendat διάζηται esse διαταραξαι, *turbare*. Ad quem vide *Phil. Mauſſacum*. Miror virum eruditum miratum huic verbo hanc significationem dari, cùm propriè significet corpora *dividere*, deinde etiam animorum diſſidium creare. Sic & διασασις est *diſtantia*,

Digitized by Google

2. *Apud Athenæum* Lib. XI. p. 502.

—— Hic nunc mos, clamore
Merum poſcebant, magnum poculum aliquis
Propinabat, illos miſeros perdebat.

de grandioribus poculis, quæ ψυγεῖς aut ψυκτῆρες vocabantur.

E CHALCIDE.

1. *Suidas in* πέμπτη Φθίνοντος.

HAc dantur adulteri delationes.

hinc fecimus, quamvis fortè ſit mendum, pro χαλκείοις.

1. Ἐν ταύτῃ] Nempe ἡμέρᾳ, quæ fuit vigeſima quinta menſis.

EX VIDUA.

1. *Harpocration in* διαζῆσαι.

CLamando reddat urbem diſcordem.

3. *Apud Suidam in* ἀνάδοχος.

Apud ſororem fide juſſorem pecuniæ.

& *diſſidium* & διαστὸς *diſtans* & *diſſidens*. Addit ſe ex *Athenæo*, *Stobæo* & aliis didiciſſe à *Menandro* ſcriptam Fabulam, cui titulus fuit χήρα, *vidua*. Nec *Athenæus*, nec *Stobæus* hujus Comœdiæ meminerunt, quod equidem ſciam; ſed unus, præter *Harpocrationem*, *Suidas*, quem indicavit *Meurſius*.

Digitized by Google

ΕΚ ΤΟΥ ΨΕΥΔΗΡΑΚΛΕΟΥΣ.

α'.

Νῦν δ' εἰς γυναικωνῖτιν εἰσιόνθ' ὅταν
Ἴδω παράσιτον, τὸν δὲ Δία τὸν Κτήσιον
Ἔχοντα τὸ ταμεῖον ὃ κεκλεισμένον,
Ἀλλ' εἰσρέχοντα πορνίδια.

β'.

Ἀσφαλίαν ἔχει τιν' ὁ σκληρὸς βίος.

γ'.

Α. Μάγειρ', ἀηδής μοι δοκεῖς εἶναι σφόδρα.
Β. Πόσας τραπέζας μέλλομεν ποιεῖν; Α. Τρίτον
Ἤδη μ' ἐρωτᾷς· χοιρίδιον ἓν θύομεν,
Ὀπτὼ ποίησον τὰς τραπέζας, δύο, μίαν,
Τί σοι διαφέρει τοῦτο; παράθες σὺ μίαν.
Οὐκ ἔχει κανδύλας ποιεῖν, ἀλλ' οἷα σὺ
Εἴωθας εἰς τ' αὐτὸν παρακυκεύειν μέλι
Σεμίδαλιν, ὠά; πάντα γὰρ τἀναντία
Νῦν ἔχειν. ὁ μάγειρος γὰρ ἐγχύτης ποιεῖ,

In Titulum. Plutarchus *de Adulatoris & Amici discrimine*, Falsum Herculem fic in Scenam prodiisse ait: Ἐν Κωμῳδίᾳ Μενάνδρου Ψευδηρακλῆς προσεισι, βάπαλον κομίζων, ὃ σιβαρὸν ἀλλ' ἰσχυρὸν, ἀλλὰ χαῦνόν τι πλάσμα καὶ διάκενον. *In Comœdia* Menandri *Pseudo-Hercules procedit clavam gerens, non validam, neque firmam, sed figmentum quoddam molle & vacuum.*

2. Δία τὸν Κτήσιον] Κτήσιος Δία, ait *Harpocration*, ἐν τοῖς ταμείοις ἱδρυτο: *Jovem Cteſium in cellis ſtatuebant.* Erat enim præſes κτημάτων, ſeu opum, quas cuſtodire credebatur, quò reſpicit hîc *Menander.* Multa & erudita de *Jove Cteſio* habet *Iſ. Caſaubonus*, in Animadv. in *Athenæum* Lib. XI. c. 6. cui ſuccenturiandus vir multijugâ lectione & eruditione nequaquam inferior, *Ezechiel Spanhemius*, Sereniſſ. Boruſſiæ Regis in Aula Britannica legatus, p. 69. col. 1. Obſervationum in Juliani Or. I.

5. Ἀσφαλίαν &c.] Citarat *Grotius* in Excerptis, ſine auctoris nomine, quaſi non fuiſſet hîc verſus apud *Stobæum*, cui tamen ſoli eum debemus.

6.

Digitized by Google

EX FALSO HERCULE.

1. *Ex Harpocratione in voce* Κτησίᾳ.

NUnc cùm intrantem in conclave mulierum
Video Parasitum, Jovem verò possessionum præsi-
Tenentem penum non clausam, (dem
Sed meretriculas in eam se proripientes.

2. *Apud Stobæum Flor. Tit.* XVI.

Vita dura adfectu erga propinquos destituta est.

3. *Ex Athenæi* Lib. IV. p. 172. & XIV. p. 644.

A. Coque, valde mihi molestus esse videris.
B. Quot mensas instructuri sumus? A. Tertiùm
Jam me rogas, porcellum unum mactamus;
Octo instruito mensas, duas, unam,
Quid hoc tuâ interest? adpone tu unam.
Non licet condylos facere, neque, ut tu
Soles, simul miscere mel perperam
Farinam & ova? Omnia enim contraria
Nunc sunt, nam coquus Enchytos facit,

6. Μάγειρ' &c.] *Athenæus*, priore loco, observat Menandrum *καταμέμφεσθαι τὰς μαγείρους ὡς ἐπιχειροῦσας καὶ οἷς μὴ δεῖ, insimulare coquos, quasi adgredientes quod eos facere non oportet.* Certè castigatur hic coqui περιεργία.

11. Κυνδύλους] Edulium ex melle & lacte, ut habet *Suidas*, διὰ μέλιτος καὶ γάλακτος σκευαζόμενον.

14. Ἐγχύτας ποιεῖ] Sequuti sumus judicium *Is. Casauboni* in *Athenæum* Lib. IV. c. 21. qui sic censuit legendum pro ἐν Πιχηχίτᾳ ποιεῖ, quod monstrum est lectionis. " Ex Libro XIV, inquit, „ scribendum ἐγχύτας ποιεῖ. Πλακοῦντας ὀπτᾷ, χ. Probat autem „ omnia perversè agi, quia coquus opera dulciaria effingit; cùm „ ejus sit munus, carnes coquere aut pisces & condimenta condire. „ E contrario ὁ δημιουργὸς, inquit, coqui æmula, partes illius obit, „ carnes coquit, turdos parat & alia curat, quæ ad coquorum curam „ pertinent. Hic sensus est sequentium versuum, ὁ δημιουργὸς δ' ἀντι- „ παρατεταγμένη Κρειὰδ' ὀπτᾷ, vel, ut est Lib. XIV. κρία διοπτᾷ. Hæc ille, quæ integra protuli, quòd meliora hanc in rem dici nequeant.

Πλακοῦντας ὀπτᾷ, χόνδρον ἑψεῖ καὶ Φέρει,
Μετὰ τὸ τάριχος, εἶτα θρίον, καὶ βότρυς.
Ἡ δημιοργὸς δ' ἀντιπαρατεταγμένη
Κρεάδι' ὀπτᾷ καὶ κίχλας καὶ τραγήματα.
Ἔπειθ' ὁ δειπνῶν μὲν τραγηματίζεται,
Μυρισάμενος δὲ, καὶ ςεΦανωσάμενος πάλιν
Δειπνεῖ [σύναμα] τὰ μελίπηκτα ταῖς κίχλαις.

δ'.

Μήτηρ τέθνηκε ταῖν ἀδελΦαῖν ταῖν δυοῖν
Ταύταιν· τρέΦει δὲ παλλάκη τις τὸ πατρὸς
Αὐτὰς, ἆβρα τῆς μητρὸς αὐτῶν γενομένη.

ε'.

—— Οὐκ ἐπείρα Νάννιον.

ς'.

—— Καρκίνια ποιήματα.

ζ'.

Ὑπὲρ μὲν οἶνα ὠδὲ γρυ, τιτθὴ, λέγε,
Ἂν τ' ἄλλα δ' ἧς ἄμεμπτος εἰς τὴν ἐσχάτην
Βοηδρομιῶνος, ἐνδελεχῶς ἔξεις ἀεί.

19. Ἔπειτ' ὁ δειπνῶν &c.] " Etsi laxâ significatione, inquit idem „ *Casaubonus*, vocis δεῖπνον & antecœnia & missus omnes, cum „ bellariis, continentur; peculiari tamen notione, ita vocabant „ missum medium, qui ex solidioribus cibis constabat. Ideò Li- „ bro *Athenæi* III. extremo δείπνου ἀρχὴ esse dicebatur missus ille, „ qui gustationem excepit. Ita accipiendum moneo verbum δειπ- „ νεῖν ℣. 19. & 21. *Menandri* de cœna loquentis, ubi perversa „ sunt omnia. Doctè, ut cetera.

21. Σύναμα] Hanc vocem supplendam suspicatur *Casaubonus*.

22. Μήτηρ &c.] Sequentem versum profert *Eustathius* in *Homerum* p. MDCCCLIV, 15. τρέΦει παλλακὴ τις τῷ πατρὸς αὐτὰς ἆβρα

Placentas aſſat, halicam coquit & adfert
Poſt ſalſamenta, dein thrium & uvas.
Libifica verò ei oppoſita
Carnes aſſat & turdos & bellaria.
Deinde qui cœnat bellariis impletur,
Unguentis verò delibutus, & iterum coronatus
Veſcitur *ſimul* dulciariis & turdis.

4. *Ex Suida in ἄβρα.*

Mater mortua eſt ſororum duarum
Harum, educat verò pellex quædam patris
Eas, ancilla matris earum quæ fuerat.

5. *Apud Athenæum* Lib. XIII. p. 587.

—— Non tentavit Nannium.

6. *Suidas in vocibus.*

—— Carcini poëmata.

7. *Ammonius de diff. vocum in ἧς & ἦσθα.*

De vino ne gry quidem, nutrix, dicito.
Si ad cetera ſis inculpata ad ultimum
Boëdromionis, ſemper habebis.

τῆς μητρὸς αὐτῶν γενομένη, ubi dicit ἄβρας dictas θρεπτὰς, *nutritas*, nimirum, ancillas domi notas. Habuimus vocem in *Apiſto* & in *Sicyonio*.

25. Ἑπτέρα] *Photius* MS. habet hunc locum, ut & ſequens fragmentum. *Athenæus* agit loco citato, de Nannio meretrice.

26. Καρκίνου ποιήματα] Hoc eſt, ænigmatica, quia *Carcinus* obſcuro ſtylo nonnullis locis erat uſus.

27. Ὑπὲρ μὲν &c.] Quò hæc pertineant nemo dixerit. *Ammonius* hic probat ἧς dici de futuro. Pro ἰσχάλην, erat perperam ἐστὶν quod verſum vitiabat. Cf. Mœris, Valckenaer. ad Ammon. p. 60. n. 14.

Digitized by Google

ΕΚ ΤΟΥ ΨΟΦΟΔΕΟΥΣ.

α'.

Ὄνος λύρας ἤκουε, καὶ σάλπιγγος ὗς.

β'.

Παναικτὸς.

In Titulum. Rectè *Joan. Meurſius* Lectionum Atticarum Lib. II. c. 6. judicat in hac Comœdia irriſum neſcio quem hominem meticuloſum, aut qui foliorum ſonitum horreret; hoc enim ſignificat Ψοφοδείς. *Suidas:* Ψοφοδεὴς, δειλὸς, τὰς ψόφους φοβούμενος. Meminit hujus Comœdiæ *Quintilianus* Inſt. Lib. X. c. 1. inter eas in quibus erant *meditationes omnibus numeris abſoluta.* Sed malè *Pſophoda* vocatur, ut rectè *Meurſius* animadvertit.

Ὄνος λύρας &c.] Proverbium hoc habet etiam ex *Menandro Photius* MS. De iis dicebatur, qui adfuerant iis rebus, de quibus non

Τέλος τῶν λειψάνων ἐκ γνωσῶν Κωμῳδιῶν.

Digitized by Google

EX METICULOSO.

1. *Suidas in vocibus.*

ASinus lyram audiebat & tubam porcus.

2. *Harpocration in voce.*

Panactus.

magis judicare poterant, quàm asinus de sonitu lyræ, aut porcus de tubâ, ac proinde iis nequaquàm movebantur. Simile est proverbium, ὄνος πρὸς αὐλὸν, *asinus ad tibiam*. *Diogenianus* Cent. VII, 33. habet ὄνος λύρας ἀκούων, *asinus audiens lyram*, déque imperitis dici ait.

2. Πανακ]ὸς.] Habet hanc quoque vocem ex *Menandro Photius* MS. Urbs fuit inter Atticam & Bœotiam, quam alii quidem neutro genere vocarant Πανακ]ὸν, *Menander* verò ἀρσενικῶς, ut testatur *Harpocration*. Quod habet etiam *Suidas*, ex eodem Poëta, sed sine nomine Comœdiæ.

Finis fragmentorum è notis Comœdiis.

Digitized by Google

ΛΕΙΨΑΝΑ
ΕΞ ΑΔΗΛΩΝ ΔΡΑΜΑΤΩΝ.

α'.

Ἦν γὰρ κακῶς μὴ τὴν γυναῖχ' ὅτω λέγῃς,
Τὸν πατέρα καί σε, τούς τε σοὺς ἐγὼ πλυνῶ.

β'.

Ἅπαντα νικᾷ καὶ μεταστρέφει Τύχη,
Οὐδεὶς δὲ νικᾷ μὴ θελήσης τῆς Τύχης.

γ'.

Πάντων τύραννος ἡ Τύχη 'στὶν τῶν Θεῶν·
Τὰ δ' ἄλλ' ὀνόματα ταῦτα πρόσκειται μάτην·
Μόνη διοικεῖν ἓν ἅπαντα βέλεται.

δ'.

Τὸ τῆς Τύχης τοι μεταβολὰς πολλὰς ἔχει.

ε'.

Τυφλόν γε καὶ δύστηνον ἐστὶν ἡ Τύχη.

ς'.

Οὐδὲν κατὰ λόγον γίγνεθ' ὧν ποιεῖ Τύχη.

ζ'.

Πρὸς τὰς Τύχας γὰρ τὰς Φρένας κεκτήμεθα.

1. Ἦν γὰρ &c.] Fragmentum hoc *Menandri*, non addito Comœdiæ nomine, profert *Artemidorus*, ut ostendat vocem πλύνειν interdum esse ἐλέγχειν *redarguere*. Citat etiam *Suidas* in πλύνεται.

3. Ἅπαντα νικᾷ] Fecimus novam sententiam. *Grotius*. Nec sanè conjungi debebant cum antecedentibus. Vide Edit. *Canteri* Plantinianam an. 1575.

4. Μὴ θελήσης] Ita emendavi pro θελήσῃ. *Grotius*. Sic emendatum erat, in Ed. *Canteri*.

5.

RELIQUIÆ

EX INCERTIS COMOEDIIS.

1. *Artemidor. Onirocr.* Lib. II. c. 4.

SI enim ſic maledicas uxori meæ,
Patrem & te & tuos ego perpluam.

2. *Ex Stobæi de Rer. Nat.* Cap. X.

Omnia vincit & mutat Fortuna,
Nemo verò vincit, nolente Fortunâ.

3. *Ibidem.*

Fortuna tyrannus eſt omnium Deorum,
Cetera vero hæc ſunt nomina fruſtra impoſita,
Sola vult nunc omnia regere.

4. *Ibidem.*

Fortuna varias mutationes habet.

5. *Ibidem.*

Fortuna res eſt cæca & infelix.

6. *Ibidem.*

Nihil eorum, quæ facit Fortuna, fit ratione.

7. *Ibidem.*

Prout eſt fortuna, ita animos gerimus.

5. Ἡ τύχη 'ϛὶν] Vulgò ἡ Τύχη ἐϛὶν contra verſum. Hîc quoque novam ſententiam inchoavimus. *Grotius.*

7. Μόνη διοικεῖν ἕν] Illud ἕν addidi ex MS. verſu poſtulante. *Idem.* Similem ſenſum habuimus in *Hypobolimæo.*

8. Τὸ τῆς Τύχης] Feci ex hoc verſu novam ſententiam, ut & ex ſequente. *Grotius.* Subauditur hîc χρῆμα, noto Helleniſmo.

10. Οὐδὲν καλὸν λόγον] Et hinc novam ſententiam fecimus. *Idem.*

Digitized by Google

η'.

Πᾶν τ᾽ἔργον ὀρθῶς ἐκμαθεῖν χρόνῳ μέτα.

θ'.

Εἰ πάντες ἐβοηθοῦμεν ἀλλήλοις ἀεὶ,
Οὐδεὶς ἂν ὢν ἄνθρωπος ἐδεήθη Τύχης.

ι'.

Ἀδύνατον ὡς ἐστίν τι σῶμα τῆς Τύχης·
Ὁ μὴ Φέρων δὲ κατὰ Φύσιν τὰ πράγματα,
Τύχην προσηγόρευε τὸν ἑαυτοῦ τρόπον.

ια'.

Ἀτύχημα καὶ ἀδίκημα διαΦορὰν ἔχει,
Τὸ γὰρ διὰ Τύχην γίγνεται, τὸ δ᾽ αἱρέσει.

ιβ'.

Μισῶ πονηρὸν, χρηστὸν ὅταν εἴπῃ λόγον.

ιγ'.

Ἀσυλλόγιστόν ἐστιν ἡ πονηρία.

ιδ'.

Πολλαῖσι μορΦαῖς οἱ Θεοὶ σοΦισμάτων

12. Πᾶν τ᾽ἔργον] Multa ſunt in hanc ſententiam, eodem Titulo.

13. Εἰ πάντες &c.] Elegantiſſima ſententia, quæ optimè oſtendit figmentum illud Fortunæ natum eſſe ex abuſu liberi arbitrii. Quare optimè hæc verba retulit *Stobæus* ad titulum, cujus inſcriptio eſt περὶ τῶν ἐφ᾽ ἡμῖν. Quia ab hominum beneficentia perpauca exſpectari poſſunt, ſperant imperiti ſe caſu quidpiam conſequuturos, ideóque Caſum, ſeu Fortunam in Deorum numerum retulerunt.

15. Σῶμα τῆς Τύχης] *Corpus Fortunæ* hîc vocari videtur Natura quædam, aut ſubſtantia, cui hoc nomen conveniat. Perinde ergo erit ac quod Philoſophi vocant ὑπόστασιν, aut Perſonam; Natura, nempe, intelligens, quæ re verâ ſit, non ab hominibus eſſe fingatur. Sic σῶμα, apud *Euripidem*, pro homine ſumitur in Heraclidis ℣. 90. ubi Iolaüs de ſe ſic loquitur.

Τὸν Ἡράκλειον ἴσθι σὺ παραστάτην
Ἰόλαον; ὦ γὰρ σῶμ᾽ ἀκήρυκτον τόδε.

Herculeum noviſtis ſocium Iolaüm? nam hoc corpus non eſt incelebre. Vide & ℣. 629. Sed & δέμας eodem modo ſumi, apud eumdem Poëtam, rectè animadvertit vir eruditus *Joſ. Barneſius*. Optimè ergo, quiſquis hæc verba à *Menandro* proferens inducebatur, negabat fieri poſſe ut eſſet σῶμα, aut perſona quæpiam, in rerum natura, cui convenirent quæ de Fortuna dicebantur.

16.

8. *Ibidem Tit.* XI. *de Tempore.*

Rem totam rectè *poteris* discere tempore.

9. *Ibid. Excerpt. de Moribus* T. VII.

Si omnes invicem nobis semper auxilium ferremus,
Nemo homo indigeret Fortuna.

10. *Ibidem.*

Fieri enim nequit, ut quodpiam sit Fortunæ corpus.
Sed qui res non fert, secundùm naturam,
Fortunam vocare solet suos ipsius mores.

11. *Ibidem.*

Infortunium & injuria discriminantur,
Illud propter Fortunam contingit, hoc voluntate.

12. *Idem Flor. Tit.* II.

Odi malum, probos cùm habet sermones.

13. *Ibidem.*

Nequitia *res* est, quæ ratione non agitur.

14. *Ibid. Tit.* III.

Multis formis Dii callidorum consiliorum

16. Κατὰ φύσιν] Hoc est, *secundùm naturam*, seu prout humana natura & fors postulant.

17. Τύχην προσηγόρευσε] Malæ, nempe, Fortunæ tribuit id, cujus causâ, mali ipsius mores fuere. Solatium hoc fuit desipientium miserorum, Fortunæ aut Fato tribuere calamitates suas, & in ea invehi, quasi ipsi eas sibi non creassent. Plena sunt ejusmodi querelis Veterum Scripta. Unum proferam ex *Julio Cæsare*, de Bello Civili Lib. III, 73. ubi sic milites ob incommodum à Pompeio acceptum consolatur: *si non omnia caderent secunda, Fortunam esse industriâ sublevandam; quod esset acceptum detrimenti, ejus juri, potiùs quàm suæ culpæ debere tribui —— sive eorum perturbatio, sive error aliquis, sive etiam Fortuna partam jam præsentémque victoriam interpellasset* (sic legendum, non *interpellassent*) *dandam omnibus operam, ut acceptum incommodum virtute sarciretur.* Nimirum, ut rectè *Plutarchus*, in vita Sullæ, p. 542. μᾶλλον τύτυχίας ἢ ἀρετῆς ἠθέλησαι βέλεσθαι· τὸ μὲν ἀλλότριον ἀγαθὸν ἡγέμενοι, τὸ δὲ οἰκεῖον ἔλλειμμα καὶ παρ' αὐτοῖς γενόμενον· *Malunt enim homines felicitatis, quàm virtutis, laudem aliis concedere; illud quidem alienum bonum credentes, hoc verò proprium delictum & à se ortum.* Vide frag. ϒ. 32. & *Artis Criticæ* P. 2. S. I. c. IX.

22. Πολλαῖσι &c.] Hi versiculi sub nomine *Menandri* leguntur apud

ΣΦάλλεσιν ἡμᾶς, κρείττονες πεΦυκότες

ιε'.

Οἷος δὲ καὶ τὴν ὄψιν εἶναι Φαίνεται
Ἀφ' οὗ τοιοῦτος γέγονεν οἷον θηρίον;
Μηδέν' ἀδικεῖν καὶ καλοὺς ἡμᾶς ποιεῖ.

ις'.

Ἅπαντα δοῦλα τῷ Φρονεῖν καθίσταται.

ιζ'.

Ὅταν ἕτερός σοι μηδενὸς πλέον διδῷ,
Δέξαι τὸ μόριον· τοῦ λαβεῖν γὰρ μηδὲ ἕν
Τὸ λαβεῖν ἔλαττον, πλεῖον ἔσται σοι πολύ.

ιη'.

Ἄνοια θνητοῖς δυστύχημ' αὐθαίρετον,
Τί σαυτὸν ἀδικῶν τὴν Τύχην καταιτιᾷς;

ιθ'.

Τυφλόν τι τ' ἀνοητὸν εἶναι μοι δοκεῖ.

κ'.

Εὐηθία μοὶ Φαίνεται δηλημένη
Τὸ νοεῖν μὲν ὅσα δεῖ, μὴ Φυλάττεσθαι δ' ἃ δεῖ.

κα'.

Ἐπὰν ἐν ἀγαθοῖς εὐνοούμενός τις ὢν,
Ζητεῖ τι κρεῖττον ὧν ἔχει, ζητεῖ κακά.

apud *Apostolium* post Proverbium IV. Centuriæ II. Pessima quidem est sententia, & quæ nonnisi in ore improbi, aut insani esse potuit. Sequutus est *Menander Euripidem*, qui in Iphigenia in Aulide ℣. 443. sic Agamemnonem inducit loquentem:

Εἰς οἵ' ἀνάγκης ζεύγματ' ἐμπεπλώκαμεν;
Ὑπῆλθε δαίμων, ὥστε τῶν σοΦισμάτων
Πολλῷ γενέσθαι τῶν ἐμῶν σοΦώτερος.

In quæ necessitatis vincula incidimus? Subiit Fortuna, ita ut meis prudentibus consiliis multò fuerit callidior. Sæpe hunc Poëtam imitatus erat *Menander*, ut animadvertit *Quintilianus*. De ejusmodi sententiis, vide *Plutarchum* de audiendis Poëmatibus, p. 110. *Ed. Grotianæ.*

24. Οἷος δὲ &c.] Hæc inserta sunt Græco textui *Sexti*, loco laudato, omissa ab interprete Latino; nec sanè intelligo quid ad id, quod illic agitur, faciant.

28. Μηδενὸς πλέον] Nostra est emendatio. Vulgò legebatur μηδὲ

ἕν

Nos fallunt, cùm ſint nobis ſuperiores.

15. *Apud Sextum Empir.* Lib. I. p. 22.

Qualis etiam vultu eſſe videtur,
Ex quo talis factus eſt, qualis eſt fera?
Neminem injuriâ adficere etiam bonos nos facit.

16. *Apoſt.* IV, 16. *Stobæus Flor. Tit.* III.

Omnia prudentiæ ſerviunt.

17. *Ibidem.*

Quando tibi alius *aliquanto* plus nihilo dederit,
Accipe eam particulam; nam quàm nihil accipere,
Minus accipere multò majus tibi erit.

18. *Ibid. Tit.* IV.

Imprudentia malum eſt à mortalibus ſponte accerſitum,
Cùm te ipſe injuriâ adfeceris, quid Fortunam incuſas?

19. *Ibidem.*

Imprudentia mihi videtur res cæca.

20. *Ibidem.*

Stultitia mihi videtur manifeſta, (vere.
Scire quæcumque oportet; ſed ab iis quæ oportet non ca-

21. *Ibidem.*

Cùm quis in opibus, & benevolentes *ſibi* habens,
Quærit aliquid melius iis, quæ habet, quærit mala.

ἢ, malè repetitum ex eo quod ſequitur, ſenſu nullo, qui nunc optimus. *Plus nihilo*, id eſt, quantulumcumque. *Grotius.*

31. Ἄνοια] Hic ἄνοια non eſt imprudentia quædam ignoſcenda, & quæ ex imperitia tantùm naſcatur, ſed quæ pravo cuipiam adfectui ortum debet. Quo ſenſu & in ſequentibus ſumenda. Nomina virtutum & vitiorum ex una lingua in aliam ſæpe difficulter transfunduntur, qua de re diximus *Artis Criticæ* Part. 2. Sect. II. C. 3.

32. Τί σαυτὸν &c.] Non illico quidem hîc verſus priori ſubjicitur, apud *Stobæum*, ſed interpoſito *Sophoclis* verſu. Attamen tam aptè cohærent, ut eos conjungere piaculum non duxerimus. *Grotius* in Indiculo locorum ex incertis Comœdiis omiſerat.

36. Ἐπάνλις &c.] Si quis opes habet & benevolentia civium, ſine invidia, fruitur; nihil aliud in vita quærat oportet, omnia enim, præter hæc, ſunt mala. Quod tamen non eſt ad vivum nimis reſecandum.

Digitized by Google

κβ'.

Οὐκ ἔστιν ἀνοίας οὐδὲν, ὡς ἐμοὶ δοκεῖ,
Τολμηρότερον.

κγ'.

Ὁ μὴ Φέρων γὰρ εὖ τι τῶν ἐν τῷ βίῳ
Ἀγαθῶν, ἀσυλλόγιστός ἐστ', οὐ μακάριος.

κδ'.

Εἱμαρμένον δὲ τῶν κακῶν βελευμάτων
Κακὰς ἀμοιβάς ἐστι καρποῦσθαι βροτοῖς.

κε'.

Ταμεῖον ἀρετῆς ἐστὶ σωφροσύνη μόνη.

κς'.

Θρὰξ εὐγενὴς εἶ πρὸς ἄλας ὠνημένος.

κζ'.

Ὅταν τι πράττεις ὅσιον, ἀγαθὴν ἐλπίδα
Πρόβαλλε σαυτῷ, τοῦτο γινώσκων ὅτι
Τόλμη δικαίᾳ καὶ Θεὸς συλλαμβάνει.

κη'.

Δίκαιος ἂν ᾖς, τῷ τρόπῳ χρήσῃ νόμῳ.

κθ'.

Τὸ μηδὲν ἀδικεῖν πᾶσιν ἀνθρώποις πρέπει.

λ'.

Ἐν παντὶ δεῖ καιρῷ τὸ δίκαιον ἐπικρατεῖν.

λα'.

Πλεονεξία μέγιστον ἀνθρώποις κακόν,
Οἱ γὰρ θέλοντες προσλαβεῖν τὰ τῶν πέλας
Ἀποτύγχανουσι πολλάκις νικώμενοι,
Τὰ δ' ἴδια προστιθέασι τοῖς ἀλλοτρίοις.

38. Οὐκ ἔστιν &c.] Vide Adelphorum fragm. 13.

40. Μὴ φέρων] Hoc eſt, qui eo abutitur, nam Græci tam *non ferre bona*, quàm *non ferre mala* dicunt.

43. Εἱμαρμένον &c.] In animo habuit Heſiodeum illud ex Oper. & Diebus. v. 266.

Ἡ δὲ κακὴ βουλὴ τῷ βουλεύσαντι κακίστη.
Malum conſilium ei qui dedit peſſimum.

45.

22. *Ibidem.*

Imprudentiâ nihil mihi videtur
Audacius.

23. *Ibidem.*

Qui non bene fert quidpiam eorum, quæ in vita *contin-*(*gunt*,
Bonorum, ratione caret, nec beatus eſt.

24. *Ibid. Tit.* V.

Fatale enim eſt malorum conſiliorum
Malam mercedem referri mortalibus.

25. *Ibidem.*

Virtutis ſola temperantia penus eſt.

26. *Apud Apoſtolium Cent.* II, 59.

Thrax nobilis es, ſale emtus.

27. *Apud Stobæum Flor. Tit.* VII.

Cùm quid facis pium, bonam ſpem
Propone tibi, hoc ſciens,
Juſtis auſis Deum etiam opitulari.

28. *Ibid. Tit.* IX.

Juſtus ſi ſis, mores tibi erunt pro legibus.

29. *Ibidem.*

Neminem injuriâ adficere omnes homines decet.

30. *Ibidem.*

Omni tempore jus ſuperius eſſe oportet.

31. *Ibid. Tit.* X.

Habendi aviditas maximum eſt hominibus malum,
Qui enim volunt rapere ea quæ ſunt proximorum
Fruſtra ſæpe ſunt & victi
Sua addunt alienis.

45. Θραξ &c.] Eſt & apud *Zenobium* Cent. II, 12. Sed *Comico* tribuit, non expreſſo *Menandri* nomine. Proverbium fuit in homines ignobiles, quia ſervi ſolebant quibuſdam in locis ſale permutari, unde ἀλώτητον ἀνδράποδον.

47. Πρόβαλλε σαυτῷ] Ita MS. aliàs, ſenſu eodem, προβαλλ' ἑαυτῷ.

Digitized by Google

λβ'.

Λέγεις, ἃ δὲ λέγεις ἕνεκα τοῦ λαβεῖν λέγεις.

λγ'.

Κρεῖττον δ' ἐλέσθαι ψεῦδος, ἢ ἀληθὲς κακόν.

λδ'.

Τὸ ψεῦδος — *I. Valtenaer. Diatr. in Euseb. Cap. 2.*

Τὸ πιθανὸν ἰσχὺν τῆς ἀληθείας ἔχει
Ἐνίοτε μείζω, καὶ πιθανοτέραν ὄχλῳ.

λε'.

Ψεῦδος δὲ μισεῖ πᾶς σοφὸς καὶ χρήσιμος. 60

λς'.

Ψευδὴς διαβολὴ τὸν βίον λυμαίνεται.

λζ'.

Ψευδόμενος ᾐδεὶς λανθάνει πολὺν χρόνον.

λη'.

Τὸν ἴδιον ἀπανῶντας ἀλογίζως βίον,
Καλῶς ἀκούειν, ταχὺ ποιεῖ πάντας κακῶς.

λθ'.

Λαμπρῶς γὰρ ἔνιοι ζῶσιν, οἷς χαλεπώτερον 65
Τοῦ περιποιήσασθαί τι τὸ Φυλάξαι βίον.

μ'.

Ἂν μὲν πλέωμεν ἡμερῶν ποῦ τεττάρων,
Σκεπτόμεθα τ' ἀναγκαῖ' ἑκάστης ἡμέρας.

57. Κρεῖττον] Intelligendum hoc de vero, quod valde noceret, nec cuiquam prodesset; cùm mendacium oppositum multùm prosit, nec cuiquam noceat. Sic, ut vita hominis servetur, sine ulla noxa,

Οὐ νέμεσις καὶ ψεῦδος ὑπὲρ ψυχῆς ἀγορεύειν.
Non est grande nefas animam praponere vero.

Versus est *Pisandri*, quem eodem Titulo profert *Joan. Stobæus*, qui habet hæc quoque *Diphili* in Thesauro:

Ὑπολαμβάνω τὸ ψεῦδος ἐπὶ σωτηρίᾳ
Λεγόμενον, ᾐδεῖν περιποιεῖσθαι δυσχερές.

Existimo mendacium, salutis causâ dictum, nihil incommodi parere. Vide pluribus hac de re agentem *H. Grotium* de J. B. & P. Lib. III. c. 1.

58. Τὸ πιθανὸν &c.] Eximia observatio, nam vulgus, quod specie externa rerum capitur, nec quidquam penitiùs perspicit, rejicit verum, quod non habet speciem veri (quod sæpe contingit) admittit mendacium quod ei simile videtur.

59.

Digitized by Google

32. *Ibidem.*

Dicis, ſed quæ dicis, ut accipias, dicis.

33. *Ibid. Tit.* XII.

Præſtat eligere mendacium, quàm noxiam veritatem.

34. *Ibidem.*

Veriſimile vim habet veritate (tur.
Aliquando majorem, & quâ faciliùs multitudo perſuade-

35. *Ibidem.*

Omnis ſapiens vir & frugi odit mendacium.

36. *Ibidem.*

Falſa calumnia vitam lædit.

37. *Ibidem.*

Mentiens nemo diu latet.

38. *Ibid. Tit.* XV.

Qui imprudenter ſuas abſumſerunt opes,
Eos bene audire, continuò omnibus noxium eſt.

39. *Ibidem.*

Splendidè enim nonnulli vivunt, quibus difficilius
Eſt facultates ſervare, quàm adquirere.

40. *Ibidem.*

Si navigandum quidem ſit diebus quatuor,
Proſpicimus de neceſſàriis uniuſcujuſque dici.

59. Πιθανο]έραν] Rectè monuit *Salmaſius* ita ſcribendum ob verſum, non πιθανώ]ερον. *Grotius.*

61. Ψευδὴς] Id rectius, quàm quod vulgò ψεύδης. *Idem.*

62. Ψευδομένης &c.] Vide Tit. XI. Excerpt. de Rerum Natura.

63. Τὸν ἴδιον &c.] Quòd, nempe, liberales habeantur prodigi ac voluptarii, qui pravo exemplo aliis nocent, & ad ſimilem prodigalitatem, unde mala multa naſcuntur, invitant.

64. Καλῶς ἀκούειν] Vulgò, τῷ καλῶς, malè. *Grotius.* Hic quoque ſcripſimus πάντας pro πᾶσι, quod verſum corrumpebat, locus enim in his verſibus Trochæo nullus eſt. Notum eſt Græcos dicere ποιεῖν τινὰ κακῶς.

65. Λαμπρῶς γὰρ ἔνιοι ζῶσιν] Et hæc emendatio noſtra, cùm vulgò exſtaret, λαμπρῶς ἔνιοι σώζειν, nec verſu, nec ſenſu conſtante. *Grotius.*

Οἷς χαλεπώ]ερον &c.] Hinc natum vulgare illud:

Non minor eſt virtus, quàm quærere, parta tueri.

Ἂν ᾖ δὲ Φείσασθαί τι, τοῦ γήρως χάριν,
Οὐ Φεισόμεσθ' ἐΦόδια περιποιούμενοι;

μα'.

Οὕπω ποτ' ἐζήλωσα πλουτοῦντα σΦόδρα
Ἄνθρωπον, ἀπολαύοντα μηδὲν ὧν ἔχει.

μβ'.

Μὴ πάντοθεν κέρδαινε, αἰσχύνῃ δέ μοι
Τὸ μὴ δικαίως εὐτυχεῖν. ἔχει Φόβον
Ὁ τρισκακοδαίμων, ὅστις ἐκ Φειδωλίας
Κατέθετο μῖσος διπλάσιον τῆς οὐσίας.

μγ'.

Ὁ πολὺς ἄκρατος ὀλίγ' ἀναγκάζει Φρονεῖν.

μδ'.

Οὐ γὰρ τὸ πλῆθος, ἂν σκοτῇ τις, τοῦ ποτοῦ
Ποιεῖ παροινεῖν, τοῦ πίνοντος δ' ἡ Φύσις.

με'.

Χαλεπὸν ὅταν τις ὧν πίνῃ πλέον λαλῇ,
Μειδὲν κατειδὼς, ἀλλὰ προσποιούμενος.

μς'.

Ὀργῇ παραλογισμός ποτ' οὐδεὶς Φαίνεται,
Λύτη κρατεῖ νῦν, ἢν δὲ μικρὸν παρακμάσῃ,
Κατοψεαί τι μᾶλλον εἰς τὸ συμΦέρον.

μζ'.

Ἄτανθ' ὅσ' ὀργιζόμενος ἄνθρωπος ποιεῖ,
Ταῦθ' ὕστερον λάβοις ἂν ἡμαρτημένα.

μη'.

Α. Ἐπίσχε σ' ὀργιζόμενος. Β. Ἀλλὰ βούλομαι,
Οὐδεὶς γὰρ ὀργῆς χάριν ἀπείληΦεν, πάτερ.

70. Οὐ Φεισόμεσθ'] Ita versus postulat, non Φεισόμεθα. *Grotius.*

77. Ὁ πολὺς &c.] Exstant hæc verba, nomine *Comici* laudata, apud *Clementem* Alexandrinum Pædagogi Lib. II. c. 2. nisi quòd deest πολὺς. Qui similes sententias legere avebit, adeat quæ collegit *Thom. Gatakerus* Adversar. Postum. Cap. XV.

78. Οὐ γὰρ τὸ πλῆθος] Quia sunt qui faciliùs multum merum, quàm alii exiguum ferunt.

80.

Si verò ſit parſimoniâ quid comparandum, ſenectutis cau-
Annon parſimonia utemur viaticum comparantes? (ſâ,

41. *Ibid. Tit.* XVI.

Numquam invîdi homini ditiſſimo
Qui nulla re, quam habet, fruitur.

42. *Ibidem.*

Ne undequaque lucrare, pudeat te
Injuſtè beatum eſſe, habet quod timeat
Ter infelix, quiſquis ob parſimoniam
Comparavit ſibi odium duplo majus facultatibus.

43. *Ibidem Tit.* XVIII.

Multum merum deſipere cogit.

44. *Ibidem.*

Non enim copia, ſi quis *rem* expendat, potûs
Facit ut quis per ebrietatem inſaniat, ſed natura bibentis.

45. *Ibidem.*

Moleſtum eſt, ſi quando quis plus loquatur, quàm biberit,
Cùm nihil contrà norit, ſed fingat.

46. *Ibid. Tit.* XX.

Iræ mala ratiocinatio nulla videtur eſſe,
Hæc nunc tenet *te*, ſed ſi aliquantulùm deferbuerit,
Magis videbis quid conducat.

47. *Ibidem.*

Quæcumque homo iratus facit
Hæc poſtea intelliges perperam facta.

48. *Ibidem.*

A. Coërce te iratus. B. Atqui volo,
Nemo enim, pater, gratiam iræ retulit.

80. Ὃν πίῃ πάλιν λαλῇ] Hoc eſt, fingat ſe ebrium eſſe, pluráque, quaſi ebrius dicat, quam norit, ut videatur revelare per imprudentiam quod ignorat.

82. Οὐδεὶς φαίνεται] Ita emendavimus, cùm ſcriberetur ἀεὶ τις φύεται. *Grotius.* Ratio elegantiſſimæ ſententiæ eſt, quòd quidquid blanditur adfectui, dum fervet, rectum videatur.

84. Καθόψεται] Ita nos, vulgò κατόψεται. *Grotius.*

Digitized by Google

μθ'.

Ὅσος τὸ κατέχειν ἐστὶ τὴν ὀργὴν πόνος;

ν'.

Οὐκ ἔξιν ὀργῆς, ὡς ἔοικεν, Φάρμακον,
Ἀλλ' ἡ λόγος σπουδαῖος ἀνθρώπῳ Φίλῳ.

να'.

Εἰ γὰρ σΦόδρ' ἀλγεῖς, μηδὲν ἠρεθισμένος
Πράξῃς προπετῶς, ὀργῆς γὰρ ἀλογίᾳ κρατεῖν,
Ἐν ταῖς ταραχαῖς, μάλιστα τὸν Φρονοῦντα δεῖ.

νβ'.

Τόδ' ὀξύθυμον τοῦτο, καὶ λίαν πικρὸν
Δεῖγμ' ἐστὶν εὐθὺς πᾶσι μικροψυχίας.

νγ'.

Ὅταν δ' ἴδῃς πρὸς ὕψος ἠρμένον τινὰ,
Λαμπρῶς τε πλούτῳ καὶ γένει γαυρούμενον,
ὈΦρῦν τε μείζω τῆς Τύχης ἐπηρκότα,
Τοῦτο ταχείαν νέμεσιν εὐθὺς προσδόκα,
Ἐπαίρεται γὰρ μεῖζον, ἵνα μεῖζον πέσῃ.

νδ'.

Οἱ τὰς ὀΦρῦς αἴροντες ὡς ἀβέλτεροι,

91. Λόγος σπουδαῖος &c.] Hinc Augustus, cùm iratus Juliæ ob impudicitiam eam relegasset, animadverteretque postea præstitisse rem occultari, desideravit Agrippæ aut Mæcenatis consilium: *Cum, interposito tempore, in locum iræ redisset verecundia, gemens quòd non illa silentio pressisset, quæ tamdiu nescierat, donec loqui turpe esset, sæpe exclamavit*: horum nihil mihi accidisset, si aut Agrippa, aut Mæcenas vixissent. Iræ, nimirum, ejus obstitissent, quod sæpe fecit Mæcenas, πρὸς τὰς ὁρμὰς αὐτῷ ἀντιταμενος, qua de re vide *Dionis* Lib. LV.

94. Ἐν ταραχαῖς] In ipso adfectûs æstu. Vide *Senecam* de Ira Lib. II. c. 28. ubi: *Maximum remedium est ira mora*; & Lib. III. c. 12. *Maximum remedium iræ dilatio est*; *ut primus ejus fervor relanguescat, & caligo, quæ premit mentem, aut residat, aut minùs densa sit.* Vide sequentia.

96. Δεῖγμ' ἐστὶν &c.] *Seneca* de Ira Lib. I. c. 16. *Iracundia nihil amplum, decorúmque molitur. Contrà mihi videtur veternosi & infelicis animi, imbecillitatis sibi conscii, sæpe indolescere. Ut ulcerata & ægra corpora ad tactus levissimos gemunt: ita ira muliebre maximè & puerile vitium est.*

101.

49. *Ibidem.*

Quantus labor eſt coërcere iram?

50. *Ibidem.*

Nullum eſt, ut videtur, iræ remedium,
Præter ſermones ſerios viri amici.

51. *Ibidem.*

Quamquam vehementer doles, nihil irritatus
Feceris temerè; iræ enim ratione non utenti moderari,
Maximè in perturbationibus, virum prudentem oportet.

52. *Ibidem.*

Hoc iracundum & nimis amarum
Indicium eſt omnibus continuò puſillanimitatis.

53. *Ibid. Tit.* XXII.

Si quem videris in ſublime elatum,
Splendidè divitiis & genere gloriantem,
Superciliúmque ſupra fortunam adtollentem,
Hujus celerem ultionem continuò exſpecta,
Magis enim adtollitur, ut majore lapſu cadat.

54. *Ibidem.*

Adtollentes ſupercilia, inſtar inſanorum,

101. Ἐπαίρεται] Ex *Antonio* hunc verſum ſuperioribus cohærentem addidimus. *Grotius.*

Ibid. Ἵνα μεῖζον πίσῃ] Multi ſunt hæc imitati, ut *Juvenalis* Sat. X, 104. & ſeqq. ubi de Sejano:

——— *qui nimios optabat honores*
Et nimias poſcebat opes, numeroſa parabat
Excelſa turris tabulata, unde altior eſſet
Caſus & impulſa præceps immane ruina.

Et *Claudianus* in Rufinum Lib. I, 22. de injuſtis:

——— *Tolluntur in altum*
Ut lapſu graviore ruant.

102. Τὰς ὀφρῦς αἴροντες] Vide ℣. 99. Quia homines graves & tetrici ſublatis ſuperciliis incedunt, ideò tollere ſupercilia eſt ſuperbire. Plura hac de re vide apud *Dionyſ. Lambinum* in *Horatium* Lib. I, Epiſt. XVIII, 64.

Digitized by Google

Καὶ σκέψομαι, λέγοντες. ἄνθρωπος γὰρ ὢν
Σκέψῃ σὺ περί τϐ, δυσυχὴς καὶν εὐτυχῇ;
Αὐτόματα γὰρ τὰ πράγματ' ἐπὶ τὸ συμφέρον
Ῥεῖ, κἂν καθευδήσῃς, πάλιν τἀναντία.

νε'.

Τ' ἀργύριον εἶναι, μειράκιόν, σοι φαίνεται,
Οὐ τῶν ἀναγκαίων καθ' ἡμέραν μόνον
Τιμὴν παρασχεῖν δυνατόν, ἄρτων, ἀλφίτων
Ὄξους, ἐλαίϐ, μείζονος δ' ἄλλϐ τινός.
Ἀθανασίας δ' ἐκ ἔξιν, ἐδ' ἂν συναγάγῃς
Τὰ Ταντάλϐ τάλαντ' ἐκεῖνα λεγόμενα.
Ἀλλ' ἂν ἀποθανῇς, ταῦτα καταλείψεις τισίν.
Τί ἂν λέγω; μηδ' αὐτὸς, εἰ σοφὸς εὐπορεῖς,
Πίσευε τούτῳ, μήτε τῶν πτωχῶν πάλιν
Ἡμῶν καταφρόνει, τϐ δὲ γ' εὐτυχεῖν ἀεὶ
Πάρεχε σεαυτὸν τοῖς ὁρῶσιν ἄξιον.

νς'.

Οὐθεὶς ἐφ' αὑτϐ τὰ κακὰ συνορᾷ, Πάμφιλε,

103. Σκέψομαι] *Theophraſtus*, in Charactere εἰρωνείας, ait εἰρῶνος eſſe dicere, ſe σκέψεσθαι, ſeu *conſideraturum*, ſi quid ei proponatur, de quo tamen ſtatuit quid ſit facturus, ut mentem per omnia diſſimulet. Ad eum locum *Iſ. Caſaubonus* citat hæc verba *Menandri*, aitque Poëtam noſtrum lepidis hiſce verſibus eos exagitare, qui rogati aliquid ab amico egeno, dicunt σκέψομαι. Vix putem hac de re agi, ſed tantùm de futuro, de quo quidquam homines polliceri non patitur *Menander*, propter inſtabilitatem rerum hujus vitæ. Sequentia hanc ejus mentem eſſe ſuadent.

104. Σκέψῃ σὺ περί τϐ] Quaſi diceret: de futuro quidquam diſponere non potes, cùm nihil in eo tibi certum ſit. Senſus eſt idem Jac. IV, 13, 14. quem locum vide.

Ibid. Κἂν εὐτυχῇ] A nobis eſt, nam legebatur δυσυχὴς ὅταν τύχῃ. Miſerum ait, etiamſi res bene cadat, quia interim ſe excruciat. At *Salmaſius* malebat κἂν εὐτυχὴς, hoc ſenſu, ſive felix ſis, ſive infelix, qua de re deliberabis, cùm proſpera & adverſa ſponte ſua accidant, te dormiente, fortunâque ſuum curſum peragat? *Grotius.*

Δυσυχὴς κἂν εὐτυχῇ] Homo infelix animal eſt in hiſce terris etiam cum videtur felix, propter incertitudinem vitæ & omnium ad eam pertinentium inſtabilitatem. *Seneca* pulcrè hanc in rem Ep. XCI. *Quàm ſtultum eſt ætatem diſponere? Ne craſtino quidem dominamur.*

Digitized by Google

Et dicentes, conſiderabo. Homo enim cùm ſis,
Qui miſer eſt quamvis ſit felix, de ulla re conſiderabis?
Res enim, ſponte ſuâ, in utiliorem partem
Fluunt, quamvis dormias, & rurſus fiunt contrariæ.

55. *Ibidem.*

Pecunia tibi, ô adoleſcens videtur,
Non neceſſariorum quotidie tantùm
Pretium præbere poſſe, panis, farinæ,
Aceti, olei; ſed alius cujuſvis rei majoris.
Verùm non eſt *pretium* immortalitatis, vel ſi collegeris
Tantali talenta illa quæ jactantur.
At ſi moriaris, nonnullis hæc relinques.
Quorſum hoc dico? ſi ipſe valde dives ſis,
Ne huic rei crede, neque qui pauperes ſumus rurſum
Nos contemne; ſed qui beatus ſemper ſis,
Dignum præbe te ipſum videntibus.

56. *Ibid. Tit.* XXIII.

Nemo in ſe vitia videt, Pamphile,

O quanta dementia eſt ſpes longas inchoantium! Emam, ædificabo, credam, exigam, honores geram, tum demum laſſam & plenam ſenectutem in otium referam. Omnia, mihi crede, etiam FELICIBUS *dubia ſunt. Nihil ſibi quiſquam de futuro debet promittere* &c.

105. Αὐλήματα &c.] Hunc verſum & ſequentem nonnihil immutatum habuimus in *Kekryphalo.* Volebat qui hic loquens inducitur nihil in futurum proſpici ab hominibus poſſe, ſed omnia pendere à Fortuna.

106. Ῥᾴ, κἂν καλευθήσῃς] Et hoc noſtrum. Antè erat ῥᾴδιον κἂν καθευδήσῃ. *Grotius.*

112. Τὰ Ταντάλου τάλαντ'] Illa quæ dicuntur Tantali talenta. Ita optimè *Salmaſius* emendabat, cùm antea eſſet, τάλαντ' ἰκανὰ λεγόμενα. *Grotius.* Proverbium fuit, τὰ Ταντάλου τάλαντα, ad ſignificandas magnas divitias, cujus *Zenobius*, *Diogenianus* & *Suidas* meminere. *Euſtathius* etiam in Homerum MDCCI, 6. Παροιμία δέ φασιν ἴσως ἐκεῖθεν τὰ Ταντάλου τάλαντα, ἐπεὶ πλούσιός ποτε ἦν, ὡς δηλοῖ, φασὶ, Φιλήμων εἰπών·

Κροίσῳ λαλῶ σοι καὶ Μίδᾳ καὶ Ταντάλῳ.

Rectè poſtea obſervat hoc in proverbio fuiſſe παρήχησιν, præſertim ſi ita proferatur, τὰ Ταντάλου τάλαντα ταλαντίζειν.

118. Οὐθεὶς &c.] Alii ante & poſt *Menandrum* dixerunt. *Seſtratem* & *Euripidem* ſimilia dicentes profert illic *Stobæus.* Crediderim

Σαφῶς, ἑτέρᾳ δ' ἀσχημονοῦντος ὄψεται.

νζ'.

Ὁ συνιζορῶν αὐτῷ τι, κἂν ᾖ θρασύτατος,
Ἡ σύνεσις αὐτὸν δειλότατον εἶναι ποιεῖ.

νη'.

Συγκέχυκε νῦν τὴν πίστιν ὁ καθ' ἡμᾶς βίος.

νθ'.

Ὀκνῶ δὲ, μόχθων τῶν πρὶν ἐκχέας χάριν.

ξ'.

Πάντα γὰρ
Ταῖς ἐντελεχείαις καταπονεῖται πράγματα.

ξα'.

Ἀπερυθριᾷ πᾶς, ἐρυθριᾷ δ' οὐδεὶς ἔτι

ξβ'.

Οὐθὲν σιωπῆς ἔστι χρησιμώτερον.

ξγ'.

Αἰσχρὸν γ' ὅταν τις, ἥπιος γλώσσῃ φυείς,
Γλώσσῃ ματαίᾳς ἐξακοντίσῃ λόγους.

ξδ'.

Οὔτ' ἐκ χερὸς μεθέντα καρτερὸν λίθον
Ῥᾷον κατασχεῖν, ἢ 'πὸ γλώττης λόγον.

ξε'.

Οὐθεὶς πονηρὸν πρᾶγμα, χρηστὸς ὢν, ποιεῖ

ξς'.

Ὡς ἡδὺ συνέσει χρηστότης κεκραμένη.

Menandri verba in animo habuisse *Horatium*, cùm scriberet Satir. III, 25. Lib. II.

Cùm tua pervideas oculis mala lippus inunctis,
Cur in amicorum vitiis tam cernis acutùm
Quàm aut Aquila, aut serpens Epidaurius?

Nam ut *Menander* vocat vitia τὰ κακὰ, sic *mala* dixit *Horatius*. Vide & Supposititi fr V.

121. Ἡ σύνεσις &c.] Præter ea quæ habet *Stobæus* ex variis auctoribus eodem titulo, vide *Juvenalem* Sat. XIII. sub finem, & quæ congesserunt illuc Interpretes.

122. Συγκέχυκε] Ut nescias cui credere possis.

124.

Perſpicuè, ſed in alio indecorè ſe gerente videbit.

57. *Ibidem Tit.* XXIV.

Qui rei cujuſpiam conſcius eſt, quamvis ſit audaciſſimus,
Conſcientia eum timidiſſimum facit.

58. *Ibid. Tit.* XXVIII.

Confudit fidem hæc noſtra ætas.

59. *Ibidem. Tit.* XXIX. (perdidi.

Piget me, poſtquàm laborum antè exantlatorum gratiam

60. *Ibidem.*

Omnes enim
Res aſſiduitate laboris conficiuntur.

61. *Ibid. Tit.* XXXII.

Omnes pudorem exuerunt, nemo ampliùs erubeſcit.

62. *Ibid. Tit.* XXXIII.

Silentio nihil eſt utilius.

63. *Ibid. Tit.* XXXVI.

Turpe eſt, cùm quis ſuavi præditus linguâ,
Linguâ ejaculatur ſtultos ſermones.

64. *Ibidem.*

Neque è manu emiſſum vehementer jactum lapidem
Facile eſt retinere, neque ſermonem è lingua.

65. *Ibid. Tit.* XXXVII.

Nemo rem malam, bonus dum eſt, facit.

66. *Ibidem.*

Quàm dulcis eſt bonitas temperata prudentiâ!

124. Ταῖς ἐντελεχείαις] Hinc illuſtratur Ariſtotelica ἐντελέχεια, nam ideò videtur *Ariſtoteles* vocaſſe animam ac mentem ἐντελέχειαν, quòd ſit veluti in perpetuo motu. Videmus autem hic ἐντελεχείας dici labores perpetuos.

127. Αἰσχρὸν &c.] Noſtra eſt conjectura verſui & ſenſui. Vulgò legitur ὅταν τις ἐπὶ γλώσσῃ φυσίς. *Salmaſius* legi poſſe putabat ὅταν τις, εὐγενὴς φυσίς. *Grotius.* Ἥπιος γλώσσῃ φυσις eſt qui mites ac blandos ſolet habere ſermones. Καλὸν ἦθος ἐν λόγοις καὶ ῥᾳδιουργία ἀπὸ γλώσσης. Ἥπιος γλώσσης φύσις.

128. Ἐξαεντίσῃ] Vide ſequens fragmentum.

129. Οὐτ' ἐκ χερὸς &c.] Imitatus eſt *Menandrum Horatius* Lib. I. Ep. XVIII, 71. *Semel emiſſum volat irrevocabile verbum.*

ξζ.

Σὺ μὲν παραινεῖς ταῦτα ὅσσα σοι πρέπει,
Ἐμὲ δὲ ποιεῖν τὸ καθῆκον οὐχ' ὁ σὸς λόγος,
Εὖ ἴσθ' ἀκριβῶς, ὁ δ' ἴδιος πείθει τρόπος.

ξη'.

Ὁ χρηστός ἐστι πολλαχῆ σωτήριος.

ξθ'.

Τὸ χρηστὰ πράττειν, ἔργον ἐς' ἐλευθέρᾳ.

ο'.

Μέγιστον ἀγαθόν ἐστι μετὰ νῆ χρηστότης.

οα'.

Νὴ τὴν Ἀθηνᾶν, μακάριον γ' ὁ χρηςότης
Πρὸς πάντα, καὶ θαυμαςὸν ἐΦόδιον βίῳ.
Τάτῳ λαλήσας ἡμέρας μικρὸν μέρος,
Εὔνους ἐγὼ νῦν εἰμί· πιςικὸν λόγος,
Πρὸς τᾶτ' ἂν εἴποι τις, μάλιςα τῶν σοΦῶν.
Τί ἂν ἑτέρους λαλοῦντας εὖ βδελύττομαι;
Τρόπος ἐσθ' ὁ πείθων τᾷ λέγοντος, ἀ λόγος.

οβ'.

Ὁ Φθονερὸς αὐτῷ πολέμιος καθίςαται,
Αὐθαίρετος γὰρ συνέχεται λύπαις ἀεί.

ογ'.

Μειράκιον, ἅ μοι κατανοεῖν δοκεῖς ὅτι
Ὑπὸ τῆς ἰδίας ἔκαςα κακίας σήπεται,
Καὶ πάντα τὰ λυμαινόμεν' ἔνεςιν ἔνδοθεν·

135. Ἴδιος πείθει τρόπος] Quia omnia ex animo fluunt, quo invito nulla ſuaſio valet. Vide fragm. LXXIII.

145. Τρόπος ἐσθ'] Vim re ipſâ magnam habet dicentis virtus, præſertim in rebus quæ à dicentis teſtimonio pendent, aut cùm non tam quid dicatur, quàm quis dicat ſpectant audientes, quod non rarò fit. Sic ſenſit *Ariſtoteles*, quod teſtatur ab initio Lib. I. Rhetoricæ, c. 2. prout rectè locus eſt à *M. Ant. Mureto* emendatus Var. Lect. Lib. II. c. 1. Οὐ γὰρ ὥσπερ ἔνιοι τῶν τεχνολογούντων τιθέασι ἐν τῇ τέχνῃ τὴν ἐπιείκειαν τῷ λέγοντος, ὡς οὐδὲν συμβαλλομένην πρὸς τὸ πιθανόν. ἀλλὰ σχεδόν, ὡς εἰπεῖν, κυριωτάτην ἔχει πίςιν τὸ ἦθος: *Non enim, ut ſtatuunt quidam artis magiſtri, in arte ſita eſt probitas ejus qui dicit, quaſi nihil conferret ad perſuadendum. Sed pro-*

Digitized by Google

67. *Ibidem.*

Tu quidem ſuades, quæcumque te decent;
Me verò facere officium, non tuus ſermo,
Ut probè noris, ſed mei perſuadent mores.

68. *Ibidem.*

Bonus vir ſæpe ſalutem adfert.

69. *Ibidem.*

Benefacere opus eſt hominis liberi.

70. *Ibidem.*

Maximum bonum eſt bonitas cum prudentia.

71. *Ibidem.*

Per Minervam, beata res bonitas
Ad omnia, & mirificum viaticum vitæ.
Cum hoc colloquutus, per exiguam diei partem,
Benevolus ego nunc *ei* ſum. Oratio fidem facit,
Dixerit ad hoc quiſpiam, ſapientium præſertim virorum.
Cur igitur alios eloquentes exſecror?
Mores, *ſcilicet*, dicentis perſuadent, non oratio.

72. *Ibid. Tit.* XXXVII.

Invidus ſibi inimicus eſt,
Sponte enim ſuâ ſemper triſtitiâ tenetur.

73. *Ibid. Tit.* XXXVIII.

O adoleſcens, non videris mihi intelligere
Singula proprio vitio corrumpi,
Et omnia quæ nocent intus ineſſe.

penedum, ut ita dicam, mores maximè omnium fidem faciunt. Hinc tam ſæpe *Quintilianus* contendit Oratorem perfectum *eſſe niſi virum bonum non poſſe, ideoque non dicendi modo eximiam in eo facultatem, ſed omnes animi virtutes exigi.* Sic loquitur in ipſo Proœmio & alibi ſæpe.

150. Ἔνεστιν ἐνθάδε.] Niſi enim temerè adſentiremur viſis, ut loquuntur Stoïci, numquam falleremur aut laberemur, quod paſſim *Epictetus* docet. Vide Lib. I. c. 11. Diſſertationum, ſub finem: ἂν μὴ ἡμῖν δόξῃ τοιαῦτά τινα εἶναι, οὐ πράττομεν τὰ ἀκόλουθα, τῷ δόξαι δὲ, ἢ μὴ δόξαι ἡμεῖς κύριοι, καὶ ὁ τῶ ἐκτός: *niſi nobis talia quadam videantur, non facimus conſentanea; ſumus autem domini ſententiæ ferendæ, aut non ferendæ, non quæ extra nos ſunt.*

Ibidem. Ita ob verſum poſui, pro ἐστὶν. *Grotius.*

151.

Digitized by Google

Οἷον ὁ μὲν ἰὸς τὸν σίδηρον, ἂν σκοπῇς,
Τὸ δ' ἱμάτιον οἱ σῆπες, ἡ δὲ θρὶξ ξύλον.
Ὁ δὲ τὸ κάκιστον τῶν κακῶν πάντων φθόνος,
Φθισικὸν πεποίηκε, καὶ ποιήσει, καὶ ποιεῖ,
Ψυχῆς πονηρᾶς δυσσεβὴς παραζάτης. 155

οδ'.

Οὐδὲν διαβολῆς ἐστὶν ἐπιπονώτερον
Τὴν ἐν ἑτέρῳ γὰρ κειμένην ἁμαρτίαν
Εἰς μέμψιν ἰδίαν αὐτὸν ἐπάναγκες λαβεῖν.

οε'.

Τὸ δοκεῖν διαβολὴν ἔσχε μείζω τοῦ ποιεῖν.

ος'.

Ὅστις δὲ διαβολαῖσι πείθηται ταχὺ 160
Ἤτοι πονηρὸς αὐτός ἐστι τὰς τρόπας,
Ἢ παντάπασι παιδαρίου γνώμην ἔχει.

ζο'.

Κοινὸν ἀγαθόν ἐστι τοῦτο χρηστὸς εὐτυχῶν.

οη'.

Ὦ παῖ σιώπα, πόλλ' ἔχει σιωπὴ καλά.

οθ'.

——— Ὕβρις καὶ οἶνος εἰώθασι 165
Ἀποκαλύπτειν φίλοις τὰ ἤθη τῶν φίλων.

π'.

——— ὥσπερ τῶν χορῶν
Οὐ πάντες ᾄδουσ', ἀλλ' ἄφωνοι δύο τινὲς

151. Οἷον ὁ μὲν ἰὸς] Transposui verba versûs causâ, nam erat ἂν σκοπῇς τὸν σίδηρον. *Idem.*

155. Ψυχῆς &c.] Ita emendavimus cùm nullo sensu legeretur, ψυχῆς πονηρᾶς δυσσεβεῖς παραζάσεις. *Idem.* Παραζάται propriè sunt milites in eodem jugo juxta se invicem collocati, ut è *Suida* discere licet; inde tralaticio significatu comes quivis dicitur, ut hic.

158. Εἰς μέμψιν ἰδίαν] Ita emendabat *Salmasius*, pro ἀεί. *Idem.* Sensus est calumniâ oppressum alieni mendacii pœnas dare, cùm nihil ipse peccarit.

159. Τὸ δοκεῖν &c.] Non nocet commissum flagitium, modò ne videatur verum; sed vehementer nocet videri fecisse, quod non feceris.

161.

Sic ferrugo ferrum, si *rem* considéres,
Vestem tineæ, teredo lignum corrumpit,
Omnium verò malorum pessimum invidia
Tabidum fecit & faciet & facit,
Animæ improbæ impia comes.

74. *Ibid. Tit.* XLII.

Calumniâ nihil est molestius,
Peccatum enim quod est in alio (admittere.
Eum (*qui calumniam patitur*) necesse est quasi proprium

75. *Ibidem.*

Videri *feciſſe* majori calumniæ obnoxium, quàm facere.

76. *Ibidem.*

Quisquis calumniis continuò fidem habet,
Aut malis ipse est moribus,
Aut pueruli omnino animum habet.

77. *Ibid. Tit.* XLIII.

Bonum hoc est commune bonus qui secundis rebus utitur.

78. *Apostolius Cent.* XXI, 16.

Puer tace, multa habet silentium bona.

6. *Apud eumdem Cent.* XIX, 83.

—— Contumelia & vinum solent
Retegere amicis mores amicorum.

80. *Stobæi Flor. Tit.* CXXII.

—— ut chororum *personæ*
Non omnes canunt, sed sine voce duæ quædam,

161. Ἤτοι πονηρὸς] Qui facilè credit ab aliis factum, quod ipse feciſſet. Vide fragm. 81.

167. Ὥσπερ] Egregium hoc fragmentum cùm sit prolatum à *Grotio* ex MS. nam non est in editis *Stobæi* libris; miror cur in margine retulerit ad *Menandri* Ἐπίκληρον, nec tamen ejus meminerit, ubi loca ejus Comœdiæ ex *Stobæo* adnotat. Quo factum est ut omiserimus ad eam Comœdiam referre, atque hoc in loco, deleto fragmento antea allato in certa Comœdia, collocaverimus. Nam non semel contigit ut vir summus, inter incertarum Fabularum fragmenta protulerit, quæ jam ab certas retulerat Fabulas.

Digitized by Google

Ἡ τρεῖς παρῃσήκασι πάντων ἔσχατοι,
Εἰς τὸν ἀριθμὸν· καὶ τᾶθ' ὁμοίως πῶς ἔχει,
Χώραν κατέχομεν, ζῶσι δ' οἷς ἔξιν βίος.

πα'.

Ὁ προκαταγινώσκων δὲ πρὶν ἀκοῦσαι σαφῶς,
Αὐτὸς πονηρός ἐστι, πιστεύσας κακῶς.

πβ'.

Ἡ νῦν ὑπό τινων χρηστότης καλουμένη
Μεθῆκε τὸν ὅλον εἰς πονηρίαν βίον,
Οὐδεὶς γὰρ ἀδικῶν τυγχάνει τιμωρίας.

πγ'.

Καλόν γε βασιλεὺς, τῇ μὲν ἀνδρείᾳ κρατῶν,
Τὰ δὲ τᾶ βίᾳ δίκαια διατηρῶν κρίσει.

πδ'.

Οὐκ ἔστι τόλμης ἐφόδιον μεῖζον βίᾳ.

πε'.

Οὐκ ἔστι Τόλμης ἐπιφανεστέρα Θεά.

πς'.

Μὴ τᾶτο βλέψῃς, εἰ νεώτερος λέγω,
Ἀλλ' εἰ φρονοῦντος τὰς λόγους ἀνδρὸς σ' ἐρῶ.

171. Χώραν κατέχομεν] Habet *Grotius* κατέχουσιν, sed cùm nullus antecedat, aut sequatur nominativus, primam personam substitui.

172. Ὁ προκαταγινώσκων] Vide fragm. LXXVI.

174. Ἡ νῦν ὑπό τινων &c.] Ita nos, pro ὑπό τινος. *Grotius.* Clementiæ intempestivæ mala consectaria hæc verba ostendunt; cùm impunitate crescat licentia, & virtuti addictorum animus dejiciatur, dum vident malos non aliter haberi ac bonos. Rectè *P. Syrus* ℣. 99.

Bonis nocet quisquis pepercerit malis;

℣. 845.

Tam crudelitas est omnibus, quàm nulli parcere.

178. Οὐκ ἔστι &c.] Aut indignantis hæc verba sunt, aut improbi; sed verum est audacioribus plura concedi, quàm timidis & modestis; si modò cum audacia adulationem conjunxerint.

180. Ἐπιφανεστέρα Θεά.] Miror *Grotium* vertisse:

Nullum nobilius numen est audaciâ.

Nam ἐπιφανὴς, ubi de Diis sermo, est præsentem se & conspicuâ quadam ratione ostendens adesse. Hinc & ἐπιφανεῖς dicti Seleucidæ

Aut tres adſtant omnium poſtremæ,
Ad numerum; hiſce *res* pariter habet,
Locum occupamus, vivunt verò quibus eſt unde vivant.

81. *Stobæus Flor. Tit.* XLVI.

Qui damnat priuſquàm dilucidè audiverit *cauſam*,
Ipſe malus eſt, qui malè credidit.

82. *Ibidem.*

Quæ nunc à quibuſdam bonitas vocatur
Totam vitam in nequitiam dimiſit,
Nemo enim injuriam inferens dat pœnas.

83. *Ibid. Tit.* XLVIII.

Pulcra res eſt rex, qui fortitudine ſuperior,
Jura vitæ conſervat judicio.

84. *Ibid. Tit.* LI.

Nullum eſt audaciâ majus vitæ viaticum.

85. *Ibidem.*

Non eſt Audaciâ præſentior Dea.

86. *Ibid. Tit.* LII.

Ne hoc conſideres, ſi junior loquar,
Sed ſi viri prudentis ſermones apud te habeo.

cidæ aliique Reges in nummis, quaſi Dii *præſentes*; quid vir ſummus *Ezech. Spanhemius* multis demonſtravit, in eximio opere de præſtantia & uſu Numiſmatum Diſſ. VII. p. 425. Ed. Londin. & ſeqq. Antea in Caria habuimus Impudentiam maximam Dearum fuiſſe, quòd impudentibus melius eſſet quàm modeſtis. Quam in rem, addam hic quod ad Cariam dictum oportuit. *Suidas* in Θεός: Παροιμία, Θεός ἡ ἀναίδεια. λέγεται κατὰ τῶν δι' ἀναισχυντίαν τινὰ ὠφελούντων· ἐτιμᾶτο δὲ Ἀθηνῆσιν ἡ Ἀναίδεια καὶ ἱερὸν αὐτῆς, ὡς Ἴστρος ἐν ιδ'. *Paræmia, Dea eſt Impudentia, dicitur in eos qui ex impudentia emolumentum capiunt. Colebatur verò Athenis Impudentia & ejus templum, ut habet Iſter* Lib. XIV. Ubi vide eruditum Interpretem.

181. Μὴ τᾶτο βλέψῃς] Imitatus videtur *Virgilius*, *Æneid.* Lib. IX, 235. ubi ſic inducit loquentem Niſum:

——— *Audite ô mentibus æquis*
Æneadæ, neve hæc noſtris ſpectentur ab annis,
Quæ ferimus.

182. Ἀνδρὸς σ' ἐγῶ] Addidi σ' verſûs cauſâ. *Grotius.*

184.

Digitized by Google

πζ'.

Οὐχ αἱ τρίχες ποιοῦσιν αἱ λευκαὶ φρονεῖν,
Ἀλλ' ὁ τρόπος ἐνίων ἐστὶ τῇ φύσει γέρων.

πη'.

Δεῖ τὰς γενομένας, μέχρις ἂν ζῶσιν, πονεῖν,
Ἀπραξία γὰρ λιτὸν ὑ τρέφει βίον.

πθ'.

Κομψὸς στρατιώτης, ὃν ἂν εἰ πλάττει Θεός,
Οὐθεὶς γένοιτ' ἄν.

σ'.

Ὅστις στρατηγεῖ μὴ στρατιώτης γενόμενος,
Οὗτος ἑκατόμβην ἔξάγει τοῖς πολεμίοις.

σα'.

——— Εἰρήνη γεωργὸν κἂν πέτραις
Τρέφει καλῶς· πόλεμος δὲ κἂν πεδίῳ κακός·

σβ'.

Τὰ κακῶς τρέφοντα χωρὶ' ἀνδρείας ποιεῖ.

σγ'.

Ἀγροῖκος εἶναι προσποιεῖς πονηρὸς ὤν.

σδ'.

Ὁ τῶν γεωργῶν ἡδονὴν ἔχει βίος,
Ταῖς ἐλπίσιν τ' ἀλγεινὰ παραμυθούμενος.

σε'.

Ἐν τοῖς πολεμίοις ὑπερέχειν τὸν ἄνδρα δεῖ,

184. Φύσει γέρων] Non à natalibus, sed à certa quadam animi adfectione, quâ nonnulli sine institutione & experientia aliis prudentiores sunt.

185. Δεῖ τὰς] Hic præter ordinem fragmentum collocavimus, quod aberat ab Indiculo Grotiano; expulso alio antea ad certam Fabulam allato.

187. Κομψὸς] Iis temporibus rudiores erant milites, & inepti jactatores suorum præliorum, ut liquet ex Milite Glorioso *Plauti* & Eunucho *Terentii*. Nunc apud Europæanas gentes cultiores, planè alia est eorum ratio, qui ordines duxerunt.

189. Ὅστις στρατηγεῖ] *L. Lucullus* olim & *Ambros. Spinola*, patrum nostrorum memoriâ, semper hoc verum non esse egregiè ostenderunt, qui in umbra Imperatorias artes didicerunt. Sed rara sunt ejusmodi exempla.

191.

87. *Ibidem.*

Non cani capilli faciunt ut quis ſapiat,
Sed mores nonnullorum ſunt naturâ ſeniles.

88. *Ibid. Tit.* XXIX.

Oportet natos, dum vivunt, laborare,
Otium enim *ne* tenuem *quidem* vitam ſuſtentat.

89. *Ibidem Tit.* LIII.

Politus miles, ne ſi quidem finxerit Deus,
Eſſe queat nemo.

90. *Ibidem Tit.* LIV.

Quiſquis exercitum ducit, nec fuit miles,
Is hecatombam educit hoſtibus.

91. *Ibid. Tit.* LV.

Pax agricolam, etiam in rupibus.
Pulcrè alit, bellum etiam in campis malum.

92. *Ibid. Tit.* LVI.

Quæ malignè alunt loca viros fortes faciunt.

93. *Ibidem.*

Fingis te agreſtem, cùm ſis improbus.

94. *Ibidem Tit.* LVII.

Agricolarum vita voluptatem habet,
Quæ ſpe triſtia ſolatur.

95. *Ibidem.*

Inter hoſtes fortiorem eſſe virum oportet,

191. Εἰρήνη &c.] Hoc fragmentum habet etiam *Apoſtolius* Cent. VII, 60.

193. Ἀνδρείως ποιεῖ] Quia in fertilibus agris tanto labore non eſt opus, cui proinde corpora non adſuefiunt; præterquàm quòd opibus, quæ fertilitatem ſequuntur, mollitur animus. Ideò olim Thraces fortes & bellicoſi, & hiſce ſæculis Helvetii.

194. Ἀγροῖκος] *Ammonius* de differentia verborum: Ἀγροῖκος καὶ ἄγροικος διαφέρει· περιισπωμένως μὲν ὁ ἐν ἀγρῷ καλοικῶν, προπαροξυτόνως δὲ ὁ σκαιὸς τὰς τρόπας. Priore modo hic ſcribendum, ut res ipſa oſtendit, cùm neſcio quis alloqueretur hominem, qui ſe fingebat ruri habitare.

197. Ἐν τοῖς πολεμικοῖς] Videntur à *Menandro* inducti duo viri, quorum alter vitam ruſticam, alter vero militarem laudabat.

Digitized by Google

Τὸ γὰρ γεωργεῖν ἔργον ἐστὶν οἰκέτου.

σς'.

Ἔχει τι πικρὸν τῆς γεωργίας γλυκύ.

σζ'.

Τὰ μεγάλα κέρδη ῥᾳδίως ἢ πλουσίους
Τοὺς παραβόλως πλέοντας, ἢ νεκροὺς ποιεῖ.

σή'.

Λυπεῖ με δοῦλος μεῖζον οἰκέτου Φρονῶν.

σθ'.

Ὅταν τύχῃ τὶς εὐνοοῦντος οἰκέτου,
Οὐκ ἔστιν οὐδὲν κτῆμα καλλίον βίῳ.

ρ'.

Ὡς κρεῖττόν ἐστι δεσπότου χρηστοῦ τυχεῖν,
Ἢ ζῆν ταπεινῶς καὶ κακῶς ἐλεύθερον;

ρα'.

Τί διακενῆς εἶ χρηστὸς, εἰ ὁ δεσπότης
Αὐτὸς μὲν ἀπολεῖ πάντα, σὺ δὲ μὴ λαμβάνεις;
Σαυτὸν ἐπιτρίβεις, οὐκ ἐκεῖνον ὠφελεῖς.

ρβ'.

Ἐμοὶ πόλις ἐστὶ καὶ καταφυγὴ, καὶ νόμος,
Καὶ τῷ δικαίῳ, τῷ τ' ἀδίκῳ παντὸς κριτής
Ὁ δεσπότης, πρὸς τοῦτον ἕνα δεῖ ζῆν ἐμέ.

ργ'.

Ἐκ γειτόνων γὰρ οἰκῶν εἶ τοιχώρυχε.

ρδ'.

—— Τίς δεδούλωται ποτε

202. *Λυπεῖ με δοῦλος*] *Grotius* vertit:

Res tædiosa eſt ſervus plus ſapiens hero.

Atqui *οἰκείῳ* hic legitur, non *δεσπότῃ*, nec aliter edidit vir ſummus, ſed aliud agebat.

203. *Εὐνοοῦντος οἰκέτου*] Non poſſunt hæc aliter verti, quàm fecimus; at *Grotius* iterum vertit, quaſi eſſet *δεσπότου*.

Quoties benignus dominus ſervo contigit,
Hoc eſſe ſummum munus fortuna puta;

Imo *fidelis domino ſervus*. Tanto viro *παρόραμα* non exprobro, ſed obiter noto, ut liqueat nos rei majorem rationem, quàm ejus habere.

205.

Colere enim agrum opus eſt ſervi.

96. *Ibidem.*

Habet aliquid amarum dulcedo agriculturæ.

97. *Ibid. Tit.* LIX.

Magna lucra facilè aut divites,
Aut mortuos reddunt periculoſè navigantes.

98. *Ibid. Tit.* LXII.

Angit me ſervus majoris animi, quàm ſervum decet.

99. *Ibidem.*

Quando quis benevolum ſervum nactus eſt,
Nulla eſt poſſeſſio vitæ melior.

100. *Ibidem.*

Quàm ſatius eſt herum bonum nactum eſſe,
Quàm humiliter & malè vivere liberum?

101. *Ibidem.*

Quid fruſtra es bonus, ſi herus
Ipſe quidem perdit omnia, tu verò non accipis?
Te ipſum teris, illum verò non juvas.

102. *Ibidem.*

Mihi urbs eſt & perfugium & lex,
Et juſti & injuſti ſolus judex
Herus; ad hujus ſolius arbitrium oportet me vivere.

103. *Euripidis Schol. in Phœniſ.* 893.

Ex vicinis ædibus es, parietum perfoſſor.

104. *Apud Stobæum Fl. Tit.* LXIII.

—— Quis umquam in ſervitutem redactus eſt

205. Ὡς κρεῖττον &c.] Sunt verba hominis ſervi, quem ſervitutis apud Herum æquum non pœnitebat.

206. Εἰ ὁ δεσπότης] Εἰ addidimus, verſu poſtulante. Mὶν quoque addidimus, eadem de cauſa. *Grotius.*

209. Ἐμοὶ πόλις &c.] Senſum ſimilem habuimus in Προτυχαλᾶν-τι. Vide & infrà Fragm. CCLVI. Hanc Græcorum conſuetudinem, copioſe & eruditè, ut ſolet, illuſtravit Vir Eximius *Ezech. Spanhemius* ad Hymnum in Cererem Callimachi, ℣. 62. quem vide.

213. Τί δεδόλωται &c.] Ita loquebatur quiſpiam, qui ridebat amantem, qui ſe ab amaſia in ſervitutem redactum ſolo adſpectu dicebat.

Digitized by Google

Ὄψει; Φλυαρία. τῆς γὰρ αὐτῆς πάντες ἂν
Ἥρων, κρίσιν γὰρ τὸ βλέπειν ἴσην ἔχει.
Ἀλλ' ἡδονή τις τοὺς ἐρῶντας ἐπάγεται
Συνηθείας. πῶς οὖν ἕτερος ταύτην ὁρῶν
Οὐδὲν πέπονθεν, ἀλλ' ἀπῆλθε καταγελῶν,
Ἕτερος ἀπόλωλε; καιρός ἐστιν ἡ νόσος
Ψυχῆς, ὁ πληγεὶς δ' ὡς ἔδει τιτρώσκεται.

ρε'.

Ὅταν Φύσει τὸ κάλλος ἐπικοσμῇ τρόπος
Χρηστός, διπλασίως ὁ προσιὼν ἁλίσκεται.

ρς'.

Ἐνεστ' ἀληθὲς Φίλτρον εὐγνώμων τρόπος,
Τούτῳ κατακρατεῖν ἀνδρὸς εἴωθεν γυνή.

ρζ'.

Οἰκεῖον οὕτως οὐδέν ἐστιν, ὦ Λαχής,
Ἐὰν σκοπῇ τις, ὡς ἀνήρ τε καὶ γυνή.

ρή'.

Μηδέποτε γήμῃ μηδὲ εἷς εὔνους ἐμοί.

ρθ'.

Γαμεῖν κεκρικότα δεῖ σε γινώσκειν ὅτι
Ἀγαθῶν μεθέξεις, ἂν λάβῃς μικρὸν κακόν.

ρι'.

Τὸ γυναῖκ' ἔχειν, εἶναί τε παίδων, Παρμένων,
Πατέρα, μερίμνας τῷ βίῳ πολλὰς Φέρει.

ρια'.

Ὅστις γενόμενος βούλεται ζῆν ἡδέως,
Ἑτέρων γαμούντων, αὐτὸς ἀπεχέσθω γάμων.

217. Ταύτην ὁρῶν] Legebatur ἔχων, sed sic ex re ipsa & *Plutarcho* emendavi. Sic habet in Amatorio, p. 763. Ἡμῖν τὸ αὐτὸ σῶμα, πολλοὶ καὶ τὸ αὐτὸ κάλλος ὁρῶσιν, εἴληπται δὲ εἰς ὁ ἐρωτικὸς ἐπὶ τὴν αἰτίαν· Οὐ γὰρ πεισθήσομαί γέ πω τῷ Μενάνδρῳ λέγοντος, ὃ δὲ σύνιμεν

——— καιρός ἐστιν ἡ νόσος
Ψυχῆς ὁ πληγεὶς δ' ὡς ἔδει τιτρώσκεται.

Ἀλλ'

Vultu? Nugæ. *Alioquin* eamdem omnes
Amarent, conſpectus enim idem judicium habet.
Sed voluptas aliqua amantes conciliat
Congreſſus. Quomodo igitur alius videns
Nihil paſſus eſt, ſed abiit deridens,
Alius verò periit? Occaſio eſt morbus
Animæ; qui percutitur, ut oportet, vulneratur.

105. *Ibid. Tit.* LXV.

Cùm pulcritudinem ornant mores naturâ
Boni, duplici ratione qui accedit capitur.

106. *Ibid. Tit.* LXVII.

Inſunt verum philtrum *mulieribus* blandi mores,
His in poteſtatem redigere virum ſolet uxor.

107. *Ibidem.*

Nihil tam familiare eſt, ô Laches,
Si quis *rem* perpendat, quàm vir & mulier.

108. *Ibid. Tit.* LXVIII.

Nemo eorum, qui mihi bene volunt, uxorem ducat.

109. *Ibidem.*

Oportet te ſcire, qui ſtatuiſti uxorem ducere, (peris.
Te bonorum participem futurum, ſi parvum malum ce-

110. *Ibidem.*

Uxorem habere, atque eſſe liberorum, ô Parmeno,
Patrem, anxietates vitæ multas infert.

111. *Ibidem.*

Quiſquis natus vult vivere ſuaviter,
Aliis uxores ducentibus, ipſe abſtineat à nuptiis.

Ἀλλ' ὁ Θεὸς αἴτιος τῷ μὲν καθαψάμενος, τὸν δὲ ἰάσας: *Nobis idem corpus, multi & eamdem pulcritudinem vident; capitur verò ſolus amori deditus, idque certa de cauſa. Non enim adſequimur, aut intelligimus Menandrum dicentem:* occaſio eſt morbus animæ, percuſſus ut oportebat vulneratur. *Sed Deus eſt cauſa, qui hunc tangit, illum prætermittit.*

ριβ'.

Ἐμοὶ δ' ἴσον μὲν τῆσδε τῆς χώρας μέτα,
Ὅσον περ ὑμῖν· ἄχθομαι δὲ καὶ Φέρω
Βαρέως τὰ τῆς πόλεως τοιαῦτα πράγματα.
Ὁρῶ γὰρ αὐτὴν προστάταισι χρωμένην
Ἀεὶ πονηροῖς· κἄν τις ἡμέραν μίαν
Χρηστὸς γένηται, δέκα πονηρὸς γίγνεται.

ριγ'.

Τὸ γαμεῖν, ἐάν τις τὴν ἀλήθειαν σκοπῇ,
Κακὸν μέν ἐστιν, ἀλλ' ἀναγκαῖον κακόν.

ριδ'.

Ὅταν πένης ὢν καὶ γαμεῖν τις ἐλόμενος
Τὰ μετὰ γυναικὸς, ἐπιδέχηται χρήματα,
Αὐτὸν δίδωσιν, οὐκ ἐκείνην λαμβάνει.

ριε'.

Δύ' ἐσθ, ἃ κρίναι τὸν γαμεῖν μέλλοντα δεῖ,
Ἤτοι προσήνη ὄψιν, ἢ χρηστὸν τρόπον.
Ταῦτα γὰρ ὁμόνοιαν τὴν πρὸς ἀλλήλους ποιεῖ.

ριϛ'.

Καὶ τοῦτον ἡμᾶς τὸν τρόπον γαμεῖν ἔδει,
Ἅπαντας, ὦ Ζεῦ σῶτερ, ὡς ὠνήμεθα.
Οὐκ ἐξετάζειν μὲν τὰ μηθὲν χρήσιμα,
Τίς ἦν ὁ πάππος ἧς γαμεῖ, τιτθὴ δὲ τίς.
Τὸν δὲ τρόπον αὐτῆς τῆς γαμουμένης, μεθ' ἧς

234. Ἐμοὶ δ' ἴσον &c.] Non nominatur quidem *Menander*, quasi auctor horum versuum à *Suida*; sed ejus censuit esse doctissimus ejus Scriptoris editor, in indice locorum ex eo laudatorum. Ac sanè cùm verba hæc proferantur à *Suida*, ut ostendat προσάτην dictum Athenis inquilinorum patronum, *Harpocration* testatur initio *Perinthiæ Menandrum* hac voce usum, eo sensu. Sed quia potest fieri ut alibi etiam illa usus sit, locum hunc inter fragmenta incertarum Comœdiarum retulimus.

241. Ἀναγκαῖον κακόν] Multi deinde dixerunt, & *Philemon* totidem verbis, incertarum Fab. fragm. XXX.

244. Αὐτὸν δίδωσιν] Est in uxoris potestate, eam in sua non habet.

245. Κρίναι] Idem est ac προκρίναι, hoc est *præferre*, *eligere*; seu debet uxorem sibi eligere, quæ sit aut venusto vultu, aut commodis

112. *Apud Suidam in* προστάτης.

Ad me enim æquè hæc regio pertinet,
Ac ad vos; doleo autem & fero
Graviter tales esse res urbis.
Video enim eam patronis uti
Semper improbis; & si quis die uno
Bonus fuerit, decem diebus fit malus.

113. *Stobæi Flor. Tit.* LXIX.

Ducere uxorem, si quis verum perpendat,
Malum quidem est, sed necessarium malum.

114. *Ibid. Tit.* LXX.

Quando pauper, prælatis *cœlibatui* nuptiis,
Acceperit pecuniam, cum uxore,
Se ipsum tradit, illam non accipit.

115. *Ibidem.*

Eum qui ducturus est uxorem, alterutrum eligere oportet
Aut gratum vultum, aut bonos mores.
Hæc enim concordiam mutuam faciunt.

116. *Ibid. Tit.* LXXII.

Etiam hoc modo nos ducere uxores oporteret
Omnes, ô Jupiter servator, ut è re nostra esset;
Non examinare ea quæ inutilia sunt,
Quis fuerit quidem avus uxoris, quam ducit, quæ verò nutrix;
Mores autem ipsius nubentis, cum qua

dis moribus; deformis enim, aut moribus pravis citiùs, ocyùs spernitur, aut odio habetur.

247. Καὶ ταῦ]α γὰρ] Ita nos pro τὴν γάρ. *Grotius.*

251. Τιτθὴ δέ τίς] Ita nos pro τυτθὴ δέ τις. *Grotius.* Voce τίτθη hic intelligi videtur non quæ ubera præbuerit, quæ sæpe servula erat, sed quæ educaverit, cùm præsertim conjungatur cum avo.

251. Δοκιμαστὴς] Sic dicebatur qui nummos expendebat, an essent δόκιμοι. Hinc quispiam apud *Apulcium* Lib. X. nescio quid venditurus: *ne fortè aliquis*, inquit, *istorum, quos adfers, aureorum nequam, vel adulter reperiatur; in hoc sacculo conditos eos annulo tuo prænota, donec, alterâ die, nummulario præsente, comprobentur.* Ad quem locum hunc *Menandri* profert *Pet. Colvius*, notátque ex *Donato* ad Eunuch. Act. III. S. V, 18. δοκιμαστὰς pecuniæ *spectatores* dictos.

Βιώσεται, μήτ' ἐξετάσαι, μήτ' ἰδεῖν.
Ἀλλ' ἐπὶ τράπεζαν μὲν φέρειν τὴν προῖχ', ἵνα
Εἶτ' ἀγύριον καλὸν ἐστι δοκιμαστὴς ἴδῃ,
Ὃ πέντε μῆνας ἔνδον ἃ γενήσεται,
Τῆς διὰ βίᾳ δ' ἔνδον καθεδρεμένης ἀεὶ
Μὴ δοκιμάσασθαι μηδὲν, ἀλλ' εἰκῇ λαβεῖν
Ἀγνώμον', ὀργίλην, χαλεπὴν, ἐὰν τύχῃ,
Λάλον. περιάξω τὴν ἐμαυτῇ θυγατέρα
Τὴν πόλιν ὅλην. εἰ βουλόμενοι ταύτην λαβεῖν,
Λαλεῖτε. προσκοπεῖσθε πηλίκον κακὸν
Λήψεσθ', ἀνάγκη γὰρ γυναῖκ' εἶναι κακόν.
Ἀλλ' εὐτυχήσ ἐσθ' ὁ μετριώτατον λαβών.

ριζ'.

Τὰ μετὰ γυναικὸς εἰσιόντ' εἰς οἰκίαν
Οὐκ ἀσφαλῆ τὴν κτῆσιν, ἀδ' ἱλαρὰν ἔχει·

ριη'.

Ὅσις γυναῖκ' ἐπίκληρον ἐπιθυμεῖ λαβεῖν
Πλουτοῦσαν, ἤτοι μῆνιν ἐντίνει θεῶν,
Ἣ βούλετ' ἀτυχεῖν μακάριος καλούμενος.

ριθ'.

——— Ἔξι δὲ
Γυνὴ λέγουσα χρησθ' ὑπερβάλλων φόβος.

ρκ'.

Ἔργον γυναικὸς ἐκ λόγου πίστιν λαβεῖν.

ρκα'.

Ὡς ἔστ' ἄπιστον ἡ γυναικεῖα φύσις.

ρκβ'.

Καὶ τί λελόγισμαι δ' κακοδαίμων προσδοκῶν
Χάριν παρὰ γυναικὸς κομιεῖσθαι; μὴ μόνον

256. Ὃ πέντε μῆνας &c.] Quia ex ea pecunia ager comparabitur.

260. Περιάξω τὴν ἐμαυτῇ θυγατέρα] Imitator nescio quis Cratetis hic loquens inducebatur. De Cratete, vide ad Διδύμας.

267. Ἐπίκληρον] Vide ad *Plocium*.

269. Μακάριος] Ut Latinè divites *beati*, vocantur, qui sæpe sunt infelicissimi, cum omnibus suis divitiis.

270.

Vivetur, ne expendere quidem, neque videre;
Sed in menſam quidem ferre dotem, ut
An pecunia proba ſit videat explorator,
Quæ per quinque menſes intus non erit,
At ipſam quæ ſemper per *totam* vitam intus ſedebit,
Non explorare, ſed ducere temerè,
Sine ingenio, iracundam, difficilem, ſi ita ſors ferat,
Loquacem. Circumducam meam filiam
Per totam urbem; qui eam ducere vultis
Loquamini, & priùs perpendite quantum malum
Capietis, neceſſe enim eſt mulierem eſſe rem malam.
Sed felix eſt, qui quàm minimam cepit.

117. *Ibidem.*

Quæ cum uxore ingrediuntur domum
Non tutam poſſeſſionem, neque jucundam habent.

118. *Ibidem.*

Quiſquis uxorem patriorum bonorum heredem cupit du-(cere
Divitem, aut iræ Deorum pœnas pendit,
Aut vult infelix eſſe, dum beatus vocatur.

119. *Ibid. Tit.* LXXXIII.

—— Eſt verò
Mulier blanda loquens res ſummopere formidoloſa.

120. *Ibidem.*

Difficile eſt mulieris verbis fidem habere.

121. *Ibidem.*

Quàm eſt indigna fide mulieris indoles!

122. *Ibidem.*

Quomodo ratiocinatus ſum infelix exſpectans
Gratiam à mulière me relaturum? ne modò

270. Ὑπερβάλλων φόβος] *Terror exſuperans.* Quia timeri debet neſcio quod mali, cùm aſpera & iracunda mulier, præter ingenium ſuum, blandè loquitur; indicium enim hoc eſt ſiniſtri quidpiam eam moliri.

273. Τί λελόγισμαι;] Vulgò καὶ τοι λογίζομαι. Interrogationem autem deſiderari rectè me monuit *Salmaſius. Grotius.*

Digitized by Google

Κακόν τι προσλάβοιμι, καὶ κάλλιστ' ἔχει.
Οὐκ ἐν γυναικὶ Φύεται πλείστη χάρις.

ρκγ'.

Τότε τὰς γυναῖκας δεδιέναι μάλιστα δεῖ,
Ὅταν τι περιπλάττωσι τοῖς χρηστοῖς λόγοις.

ρκδ'.

Πολὺ χεῖρόν ἐστιν ἐρεθίσαι γραῦν, ἢ κύνα.

ρκε'.

Οὐδέποθ' ἑταῖρα τοῦ καλῶς πεΦρόντικεν,
Ἢ τὸ κακόηθες πρόσοδον εἴωθεν ποιεῖν.

ρκς'.

Φύσει γυνὴ δυσήνιόν ἐστι, καὶ πικρόν.

ρκζ'.

—— Οὐ πάνυ
Εἴωθ' ἀληθὲς οὐδὲ ἓν λέγειν γυνή.

ρκη'.

Ὅπου γυναῖκές εἰσι, πάντ' ἐκεῖ κακά.

ρκθ'.

Ἢ μὴ γαμεῖν γὰρ, ἂν δ' ἅπαξ λάβῃς, Φέρειν,
Μύσαντα πολλὴν προῖκα, καὶ γυναῖκα δεῖ,
Ἐκπυνθάνεσθαι τ' ἀρσένων πέρι μηδεέν.
Audito tonitru, ne procul fugias,
Cùm nullius *ſceleris* tibi ipſe conſcius ſis, here.

233. *Apud Clem. Strom.* V. p. 605. & *Euſeb. Ibid.* p. 682.

Si quis ſacrificium offerens, ô Pamphile, (Jovem,
Taurorúmque magnum numerum, aut hædorum, aut per
Aliorum idgenus, aut apparatum
Aureæ faciens chlamydis, vel purpureæ,
Aut ebore vel ſmaragdo ornatorum ſigillorum,
Putat ſe Deum benevolum ſibi conciliaturum,
Errat ille & animum levem habet,
Oportet enim virum beneficum eſſe,
Non vitiantem virgines, non mœchantem,
Non furantem, & occidentem, pecuniæ cauſâ.
Ne acûs quidem filum concupiſcas, Pamphile,
Deus enim videt te prope adſtans.

234. *Apud Clementem Strom.* II. p. 421.

—— Ad procreandos liberos legitimos,
Colloco tibi meam filiam.

235. *Apud Euſth. in Hom.* p. LXVI, 32.

—— ſi tu quidem aliquam

ἰὰν ἀκώσης. Utrobique μὴ φύγῃς, mutilo verſu. *Idem.*

619. Πλανᾶτ'] Apud *Clementem* ἀπολέσητ'. *Idem.*

634. Ὁ γὰρ Θεὸς] Deus aliquis. Gallicè *Un Dieu*, non *Dieu* ſimpliciter; quod non poterat ab Ethnicis dici. Qua in re ſæpe errarunt Patres, ob Linguæ Græcæ ambiguitatem.

636. Εἰ μὲν δή τινα] Adfert hunc locum *Euſtathius*, quaſi loquendi generis elliptici exemplum. Subauditur enim λέγε, aut ſimile quid-

Πόρον ἔχεις, εἰ δὲ μὴ νενόηκ' ἐγώ.

σλς'.

Ὡς Ἀλεξανδρῶδες ἡδὺ τοῦτο, κἂν ζητῷ τινα
Αὐτόματος ἄτος παρέσαι· κἂν διελθεῖν δηλαδὴ
Διὰ θαλάσσης δεῖ τόπον τιν', ἄτος ἔσαι μοι βατός.

σλζ'.

——— Μέμψομαί σε τοῦθ' ὅτι
Χρησά με λέγονθ' ἃ οὐκ ἐποίησεν προσδοκᾶς.

σλη'.

Ἐγὼ γὰρ ἀνθρώπους ῥινῶν Φάτνην ἔχω
Αὐτὸς ἐκείνους.

σλθ'.

Ἐμὲ δ' ἀδικείτω πλείσιος, καὶ μὴ πένης,
Ῥᾷον Φέρειν γὰρ κρειττόνων θυραννίδα.

σμ'.

——— Ἔργον ἐστί, Φανία,
Μακρὰν συνηθείαν βραχεῖ λύσαι χρόνῳ

σμα'.

Ὅταν τις ἡμῶν ἀμέριμνον ἔχῃ τὸν βίον,
Οὐκ ἐπικαλεῖται τὴν Τύχην εὐδαιμονῶν.
Ὅταν δὲ λυπαῖς ἐπιτέσῃ καὶ πράγμασιν,
Εὐθὺς προσάπτει τῇ Τύχῃ τὴν αἰτίαν.

σμβ'.

Πένης λέγων τ' ἀληθὲς οὐ πιστεύεται.

quidpiam post ἔχεις. Similis est Ellipsis Iliad. A, 138. ad quem locum *Menandrum* citavit.

638. Ὡς Ἀλεξανδρῶδες] Alludit ad historiam, ex qua ferebatur ventus subitò mutatus, ut Alexander ad radices Climacis montis transire posset. Vide *Plutarchum* & quæ hac re diximus, in Diss. de *Trajectione Maris Erythræi.*

640. Τόπον τιν'] Elisionem addidimus, quæ deest apud *Plutarchum.*

641. Μέμψομαι] Malè apud *Priscianum* ὅτι χρησά με λέγοντα οὐκ ἐποίησεν. *Grotius.* Pro λέγοντα maluimus scribere λέγονθ' ἃ exiguâ mutatione, & sensu meliore. *Grotius* ediderat uno versu:

Μέμψομαί σοι τοῦτ' ὅτι χρησά σοι με λέγοντ' ἃ προσδοκᾶς.

Et verterat:

Culpo te, quòd recta dicentem tibi attendis nihil.

643.

Viam habes, ſin minùs ego inveni.

336. *Apud Plutarchum in Alexandri vita* p. 673.

Nam hoc eſt Alexandreum, quando quæram quempiam
Sponte hic aderit. Si trajiciendus, nimirum,
Sit per mare aliquis locus, fiet mihi pervius.

237. *Apud Priſcianum* Lib. XVIII. p. 1190.

—— Hoc de te queror,
Quod bona me dicturum, quæ non fecit, exſpectas.

238. *Apud Ælianum de Animal.* Lib. IX. c. 7.

Ego enim homines naribus trahens, habeo, inſtar præ-
Eos ipſos. (ſepis

339. *Grotius ſine nomine auctoris.*

Me injuriâ afficiat dives, non verò pauper;
Facilius eſt ferre potentiorum tyrannidem.

240. *Antonius Meliſſa* Lib. II. c. 80.

—— Res eſt difficilis, Phania,
Longam conſuetudinem brevi tempore deſtruere.

341. *In Comparat. Menandri & Philemonis.*

Si quis noſtrûm vitam ſine cura traducat,
Non invocat Fortunam in rebus ſecundis.
Si verò in mœrores inciderit & moleſtias,
Continuò Fortunæ cauſam eorum tribuit.

242. *Ibidem.*

Pauper verum dicens non creditur.

643. Ἐγὼ γὰρ] Fecimus verſus ex eo quod eſt apud *Ælianum*: ὁ μὲν τῷ Μενάνδρῳ Θήρων μέγα φρονεῖ ὅτι ἵππων ἀνθρώπους φάτνην αὐτοὺς ἵστησι. *Grotius.* De verbo ῥινᾶν poſtea dicemus.

647. Ἔργον &c.] Imò verò ἀδύνατον. Vide quæ de hoc verſu habet *Th. Gatakerus* Adverſ. Poſtum. c. 1.

649. Ὅταν τις ἡμῶν &c.] Quæ ſequuntur deſumta ſunt ex collectione verſuum, quæ præferebat nomen *Menandri* & *Philiſtionis* edita à V. C. *Nicolao Rigaltio*; ſed ubi Philiſtionis nomen pro Philemonis ſcriptum rectè à V. A. *Johanne Rutgerſio*, in Var. Lectionibus & à V. C. *Daniele Heinſio* adnotatum eſt. *Grotius.*

652. Εὐθὺς προσάπτει &c.] Hiſce confirmatur quod diximus de origine figmentorum Fati & Fortunæ ad ℣. 17. horum fragmentorum ex Incertis Comœdiis.

Digitized by Google

σμγ'.

Πένητος οὐδέν ἐστι δυστυχέστερον·
Ἅπαντα μοχθεῖ, κ' ἀγρυπνεῖ, κ' ἐργάζεται,
Ἵν' ἄλλος ἐλθὼν μεταλάβοι, κτήσαιτό τε.

σμδ'.

Ὦ γῆρας ἐχθρὸν σωμάτων ἀνθρωπίνων
Ἅπαντα συλῶν καλὰ τῆς εὐμορφίας,
Καὶ μεταχάρασσον τὴν μὲν ἀνδρίαν μελῶν
Εἰς ἀπρεπὲς, τὸ δὲ τάχος εἰς ὄκνον πολύν.

σμε'.

Αἰσχύνομαι πλουτοῦντι δωρεῖσθαι φίλῳ,
Μή μ' ἄφρονα κρίνῃ καὶ διδοὺς αἰτῶν δοκῶ.

σμς'.

Τίς ἐστιν ὁ Θεὸς, οὐ θέλῃς σὺ μανθάνειν,
Ἀσεβεῖς τὸν οὐ θέλοντα μανθάνειν θέλων.

σμζ'.

Χρυσὸς μὲν οἶδεν ἐξελέγχεσθαι πυρὶ,
Ἡ δ' ἐν Φίλοις εὔνοια καιρῷ κρίνεται.

σμη'.

Καιρῷ τὸν εὐτυχοῦντα κολακεύων Φίλον
Καιροῦ Φίλος πέφυκεν, οὐχὶ τοῦ Φίλου.

σμθ'.

Ἀπόντι μᾶλλον εὐχαριστίαν ποίει,
Τὸ γὰρ ἡ παρόντι γίνετ' εὐτονότερον.

654. Πένητος οὐδέν ἐστι.] Legebatur, ἀνδρὸς οὐκ ἔστι πένητος. *Grotius.*

663. Τίς ἐστιν ὁ Θεός] Hoc scriptum est tamquam *Philemonis*, sed cùm paris argumenti sententiæ duorum in ea collectione inter se comparentur, & eam quæ præcedit constet esse *Philemonis*, hanc accepimus ut *Menandri*. Grotius.

Ibidem. Eximia sententia, si modò rectè intelligatur; de essentia, nimirum, divina, quatenus neque Ratione, neque Revelatione nobis innotuit, déque aliis arcanis, quæ frustra quærere nititur humana curiositas.

665. Χρυσὸς μὲν &c.] Rectè animadvertit *Dan. Heinsius* versum hoc fuisse ab *Ovidio*, cujus notum est distichon:

Scilicet, ut fulvum spectatur in ignibus aurum,
Tempore sic duro est inspicienda fides.

666. Κρίνεται] Antiquus Poëta, ut idem notavit, dixit *cernitur*.

A-

243. *Ibidem.*

Paupere nihil eſt infelicius,
Omnia labore conficit, vigilat & operi intentus eſt,
Ut alius qui venit *rei* particeps fiat, eámque poſſideat.

244. *Ibidem.*

O Senectus inimica corporum humanorum,
Quæcumque elegantia ſunt in forma rapiens,
Et mutans robur membrorum
In deformitatem, ac celeritatem in multum veternum!

245. *Ibidem.*

Pudet me divitem amicum muneribus donare,
Ne me inſanum judicet, néve dans videar petere.

246. *Ibidem.*

Qualis Deus ſit noli tu *velle* diſcere,
Impius enim eſſes, ſi velles diſcere nolentem.

247. *Ibidem.*

Aurum ſolet probari igne, (tur.
Quæ verò in amicis eſt benevolentia tempore dijudica-

248. *Ibidem.*

Qui amico ſecundis fruenti in tempore blanditur,
Amicus eſt temporis, non amici.

249. *Ibidem.*

Abſenti potiùs gratias rependito,
Hoc enim magis eſt, quam *ſi* præſenti *agas*.

Amicus certus in re incerta cernitur.

Idem *Menander*:

Κρίνει φίλους ὁ καιρὸς, ὡς χρυσὸν τὸ πῦρ.

667. Καιρῷ τὸν εὐτυχοῦντα] Legebatur ὁ εὐτυχοῦντα καιρῷ. *Grotius.* Malebat *Heinſius* ὁ καιρῷ εὐτυχοῦντα, ut καιρῷ εὐτυχεῖν ſit πρὸς καιρὸν εὐτυχεῖν, ſicut ſequente verſu dicitur καιρὲ φίλος, ὁ πρὸς καιρὸν φίλος ὤν. Sic ille. Sed eſt conjungenda vox καιρῷ cum κολακεύων, adeò ut hìc notetur à *Menandro* ille qui φίλον κολακεύει ἐν καιρῷ, hoc eſt, opportuno tempore, cùm, nimirum, ſecundis utitur, beneficúſque erga blandientem eſſe poteſt.

670. Τὸ γὰρ ἢ παρόντι] Senſus apertus ex Heinſiana emendatione. Antea legebatur τῷ γὰρ παρόντι. *Grotius.*

Ibid. Εὐτονώτερον] *Intenſius*, hoc eſt, majus grati animi ſignum.

σν'.

Μυστήριόν σε μὴ κατείπῃς τῷ Φίλῳ.

σνα'.

Φρόνησιν ἀσκῶν ἄφροσιν μὴ χρῶ Φίλοις.

σνβ'.

Ὁ γὰρ ἀδίκως τι καθ' ἑτέρου ζητῶν κακὸν
Αὐτὸς προπάσχει τοῦ κακοῦ τὴν ἔμβασιν.

σνγ'.

Ὅταν ἐκ πονηροῦ πράγματος κέρδος λάβῃς,
Τοῦ δυσυχεῖν νόμιζε σ' ἀρραβῶν' ἔχειν.

σνδ'.

Δούλῳ γενομένῳ δεῖλε δειλεύειν φοβεῖ,
Ἀμνημονεῖ γὰρ ταῦρος ἀργήσας ζυγοῦ.

σνε'.

Ἐλευθέρως δείλευε, δεῖλος ὢν ἔσῃ.

σνς'.

Ἐλεύθερος πᾶς ἐνὶ δεδείλωται νόμῳ,
Δυσὶν δὲ δεῖλος, καὶ νόμῳ καὶ δεσπότῃ.

σνζ'.

Ἐὰν πονηροῦ γείτονος γείτων ἔσῃ,
Πάντως παθεῖν πονηρὸν, ἢ μαθεῖν σε δεῖ.
Ἐὰν δ' ἄρ' ἀγαθοῦ γείτονος γείτων ἔσῃ,
Ὡς προσδιδάσκεις ἀγαθὰ καὶ προσμανθάνεις.

672. *Φρόνησιν*] Hunc versum à præcedente sejunximus. *Grotius.*

673. *Ὁ γὰρ ἀδίκως* &c.] Jam enim sibi conscius est pravi facinoris, patitúrque animi sibi malè conscii pœnas. Simul anxius est de eventu, timétque ne dum alii nocere nititur sibi ipse multò magis noceat, si alius ab illo sibi cavere possit. Id *Menandri* dictum animo versabat *Demophilus*, cùm in sententiis Pythagoricis scriberet: *βουλεύομενος περὶ ἄλλου κακῶς, φθάσεις* (sic rectè emendant viri docti, pro *φθονεῖς*) *σαυτῷ πάσχων ὑπὸ σαυτοῦ κακῶς. Dum mala consilia de alio agitas, festinas tibi ipse mali quidpiam accersere.* Sic in sententiis *Sexti* Pythagorei p. 653. Ed. Amstel. *Qui cogitat adversus alium mala, illa præveniens ipse perfert mala*, ex versione *Rufini*. Vide antea ν'. 42, & 43.

Ἀδίκως τι] Ti addidimus & separavimus à prioribus, quæ pleniora apud *Stobæum* exstant. *Grotius.*

676. Ἀρραβῶν' ἔχειν] Quia pœnæ tibi propterea à Providentia debentur, quarum id lucrum est veluti arrabo. Elegantius nihil dici potuit.

677.

Digitized by Google

250. *Ibidem.*

Arcanum tuum ne amico dixeris.

251. *Ibidem.*

Prudentiam colens, ne imprudentibus utare amicis.

252. *Ibidem.*

Qui enim immeritò alii malum quodpiam quærit,
Ipſe prior patitur mali illius eventum.

253. *Ibidem.*

Cùm ex pravo negotio lucrum ceperis,
Exiſtimato te infortunii arrabonem accepiſſe.

254. *Ibidem.*

O ſerve, verearis ſervire ei qui ſervus fuit;
Nam immemor eſt jugi taurus, qui otiatus eſt à jugo.

255. *Ibidem.*

Liberaliter ſervito, nec ſervus eris.

256. *Ibidem.*

Quicumque liber eſt uni ſervit Legi,
Duobus verò ſervus, & Legi & Hero.

257. *Ibidem.*

Si mali vicini vicinus fueris
Omnino ferre malum, aut *imitari* diſcere te oportet.
Si verò boni vicini vicinus fueris,
Veluti præterea doces *ſic* & diſcis bona.

677. Δώλως γενομένῳ] Et hoc ab *Heinſio*, pro δωλογενεῖ δὲ. *Grotius.*

678. Ἀμνημονεύει] Immemor eſt eorum quæ cogitabat de immiti hero, cùm ſimile jugum ferret, ac proinde æquè durè ſervis, poſtquàm libertatem nactus eſt, imperat.

679. Ἐλευθέρως] Ita nos pro ἐλευθέρῳ & novam fecimus ſententiam. *Grotius.* Optimè. Si libenter quis pareat ex adfectu erga herum, aut quòd putet id ſortem ſuam poſtulare. De alio ſervitutis genere, eleganter *Lucanus* Lib. III, 145.

Libertas, inquit, *populi quem regna coërcent,*
Libertate perit, cujus ſervaveris umbram,
Si quidquid jubeare velis

680. Ἐλεύθερος πᾶς] Rectè ſic *Heinſius*, pro ἐλευθέρῳ. *Grotius.* Vide dicta ad verſum 209.

684. Ἐὰν δ' ὃς' ἀγαθῶ] Ita nos, pro ἐὰν ἀγαθῷ, & ſequente verſu ἀγαθὰ, non τ' ἀγαθὰ, ſicut præceſſerat πονηρὸν. *Grotius.* Volebat *Heinſius* ſcribi ἐὰν δικαίῳ, ſine ulla ſat gravi cauſa.

συγ'.

Ὅταν εἰδέναι θέλῃς σεαυτὸν ὅσις εἶ,
Ἔμβλεψον εἰς τὰ μνήμαθ', ὡς ὁδοιπορεῖς·
Ἐνταῦθ' ἔνεσιν ὀσέα καὶ κούφη κόνις
Ἀνδρῶν βασιλέων καὶ τυράννων καὶ σοφῶν,
Καὶ μέγα Φρονέντων ἐπὶ γένει καὶ χρήμασιν,
Αὐτῶν τε δόξῃ, τῷ τε κάλλει σωμάτων·
Καὶ ᾠδὲν αὐτῶν τῶνδ' ἐπήρκεσεν χρόνον,
Κοινὸν τὸν ᾅδην ἔσχον οἱ πάντες βροτοί.
Πρὸς ταῦθ' ὁρῶν γίνωσκε σαυτὸν ὅσις εἶ.

συθ'.

Λύπης ἰατρός ἐσίν ἀνθρώποις λόγος,
Ψυχῆς γὰρ ἕτος μόνος ἔχει ἰάματα.
Λέγουσι δ' αὐτὸν οἱ πάλαι σοφώτατοι
Ἀσεῖον εἶναι Φάρμακον.

σξ'.

Ἄνθρωπε μὴ ζέναζε, μὴ λυπῶ μάτην,
Χρήματα, γυναῖκα καὶ τέκνων πολλῶν σπορὰν,
Ἃ σοι Τύχη κέχρηκε, ταῦτ' ἀφείλετο.

σξα'.

Ἄνθρωπος ὢν μηδέποτε τὴν ἀλυπίαν
Αἰτῶ παρὰ Θεοῦ, ἀλλὰ μακροθυμίαν.
Ὅταν γὰρ ἄλυπος διὰ τέλους εἶναι θέλῃς,
Ἢ δεῖ Θεόν σ' εἶναι, ἢ τάχα δὴ νεκρόν.
Παρηγόρει δὲ τὰ κακὰ, δι' ἑτέρων κακῶν.

σξβ'.

Ὁ λοιδορῶν τὸν πατέρα, δυσφημεῖ λόγῳ,
Τὴν εἰς τὸ Θεῖον δὲ μελετᾷ βλασφημίαν.

686. Ὅταν &c.] Σεαυτὸν rectè *Heinsius*, pro σαυτόν. *Grotius.*

687. Ὡς ὁδοιπορεῖς] Quia erant frequentia monumenta, juxta vias publicas. Vide *Jacobum Gutherium* de Jure Manium Lib. II. c. 33.

691. Τῷ τε κάλλει] Ita nos, ob versum, pro καὶ κάλλει. *Grotius.*

692. Τῶνδ' ἐπήρκεσεν χρόνον] Ἐπαρκεῖν χρόνον, est propriè *propulsare tempus*, hoc est, vim temporis, ne noceat, arcere.

698. Ἀσεῖον εἶναι Φάρμακον] Ad quem sapientem respiciat quærant qui otio & eruditione abundant. De re ipsa *Stobæus* multa colle-

258. *Ibidem.*

Cùm ſcire voles qualis ſis
Intuere in monumenta, quando iter facis,
Ibi inſunt oſſa & levis pulvis
Regum, & Tyrannorum & Sapientium
Et ſuperbientium genere & divitiis,
Gloriáque ſuâ, & pulcritudine corporis;
Sed nihil horum ſuſtinuit vim temporis,
Communes Inferos habuerunt omnes mortales.
Ad hæc reſpiciens intellige quinam ſis.

259. *Ibidem.*

Triſtitiæ medicus eſt hominibus ſermo,
Animi enim hic ſolus habet medicamenta.
Dicunt verò illum ſapientiſſimi olim viri
Urbanum eſſe remedium.

260. *Ibidem.*

O Homo, ne gemito, ne fruſtra triſtis eſto;
Pecunias, uxorem & multos liberos *à te* procreatos,
Quæ tibi Fortuna mutua dederat, ea tibi ſuſtulit.

261. *Ibidem.*

Cùm ſis homo, numquam vitam ſine triſtitia
Petito à Deo, ſed *malorum* patientiam.
Si enim volueris ſine triſtitia in perpetuum agere,
Aut Deum te oportet fieri, aut fortaſſe mortuum.
Solare verò mala, aliis *majoribus* malis.

262. *Ibidem.*

Qui conviciatur patri, verbo maledicit,
Sed blaſphemiam in Deum meditatur.

collegit Fl. Tit. CXIV.

702. Ἄ σοι Τύχη &c.] Putamus rectè ſic emendaſſe *Rutgerſium*, pro ἃ σοι κεχώρικε Τύχη. *Grotius.* Meritò, nam mutatio eſt facilis, & ſententia ipſa favet, quam & apud plures invenire licet. *P. Syrus*, ℣. 237. collectionis Gruterianæ:

Fortuna uſu dat multa, mancipio nihil;

ad quæ verba, vide *Gruterum.* Non audio *Dan. Heinſium*, ingenium in ſanis curandis oſtentantem.

709. Τὴν εἰς τὸ Θεῖον δὲ] Hoc δὲ rectè ab *Heinſio* additum. Quæ

 autem

σξγ'.

Ὁ μὴ τρέφων τεκοῦσαν ἐκ τέχνης νέος,
Ἄκαρπός ἐστιν οὗτος ἀπὸ ῥίζης κλάδος.

σξδ'.

Διονυσίων γὰρ ἦν πομπή, οὗτος δέ μοι
Τότ' ἠκολούθησεν μέχρι τοῦ πρὸς τὴν θύραν.
Φοιτῶν τε καὶ κολακεύων τὴν μητέρα
Ἔγνω με.

σξε'.

—— Κόψω τὴν θύραν, ——
Ἀλλ' ἐψόφει καί τις τὴν θύραν ἐξιών.

σξς'.

—— ποτήριον
Τράπεζαν, ἁρπαγήν, καὶ δεύτερον κάδον.

σξζ'.

Ἐς κόρακας.

autem ſequuntur in collectione *Rutgerſii* diſticha, poſt illud *Philemonis*, μέλλων τι πράττειν μὴ προείπῃς μηδένι, ad hanc uſque ſententiam, quamquam nomen *Menandri* & alterius præferunt, non eſſe tamen eorum, ſed ſerioris ætatis, character interdum & numeri evincunt. Itaque ea in eorum quæ incerti ſunt ſcriptoris rejecimus, putamus enim ex variis collecta. *Grotius*. In ejus judicio adquievimus.

710. Ὁ μὴ τρέφων τεκοῦσαν] Reſpicit ad legem Atticam, quæ parentes ſenes à filiis ali jubebat, ſi modò artem ab iis diſci curaſſent. *Vitruvius* in Præf. Lib. VI. *Omnium Græcorum leges cogunt parentes ali à liberis; Athenienſium non omnes, niſi eos, qui liberos artibus erudiiſſent.* Adde nec ſemper patrem ali ab iis oportuiſſe, ut ſi eſſent è meretrice nati, aut ob eo ad turpem quæſtum elocati. Vide *Joan. Meurſii* Themin Atticam, Lib. I. c. 3. & *Ægid. Menagium* ad *Diogenis Laërtii* Lib. I, 55.

712. Διονυσίων &c.] Hæc addidi fragmenta ex Incertis Comœdiis Grotianis, quæ in ſuperiore deſinunt. In primo verſu ſupplevi γὰρ & in ſecundo τότ', quia utrique verſui pes unus deerat. Hunc locum citat Hermogenes, quaſi exemplum rei turpis honeſtis verbis expreſſæ. ὅπου δ' ἂν ὁ τῆς αἰσχρὸς ᾖ, τότε χρεία τῆς σεμνότητος τὸ λόγου, ἵνα τὸ νοούμενον αἰσχρῶς ὅλως ἐξενέγκοι τις τῷ λόγῳ εὐσχῆμον, ὄνομα ἀντ' ὀνόματος ἀμείβων, ὡς μὴ δόξαι τισὶν αἰσχρὸν εἶναι τὸ πρᾶγμα, διὰ τὴν τοῦ λόγου σεμνότητα, ὡς παρὰ τῷ Μενάνδρῳ. πυθομένου γάρ τινος κόρης πῶς εἴη διεφθαρμένη, σεμνῶς ἀφηγήσατο πρᾶ-

263. *Ibidem.*

Juvenis qui ex arte ſua non alit matrem,
Is eſt ramus ſterilis à radice.

264. *Apud Hermog. de Invent.* Lib. IV. c. 11.

Bacchanalium enim erat pompa, hîc verò me
Tunc ſequutus eſt uſque ad januam,
Ventitánſque & blandiens matri
Me cognovit.

265. *Apud Suidam in κόπτω. Ariſtoph. Schol.*

—— Pulſabo oſtium ——

Sed etiam aliquis ſtrepitum edebat ad januam exiens.

266. *Apud Ammonium de Diff. Voc. in ἁρπαγή.*

—— poculum,

Menſam, harpagam & ſecundum cadum.

267. *Apud Zenobium Cent.* III, 87.

Ad malam crucem.

πρᾶγμα αἰσχρὸν ὀνόματι βελτίσοις: ubi ſententia turpis eſt, tum maximè opus eſt honeſtate ſermonis, ut quod capitur turpiter ſic efferat quiſpiam dextrè, ut nomen nomine permutans, nonnullis non videatur turpis res, propter ſermonis honeſtatem, ut apud Menandrum, quærente quodam à puella, quî vitiata eſſet, verecundè expoſuit rem turpem optimis verbis.

715. Ἔγνω με] Locum hunc citat *Pet. Joan. Nunneſius*, notis in *Phrynichum*, p. 10. ut probet contra *Henr. Stephanum* non apud *Plutarchum* tantùm exſtare vocem γνώσεται, ad congreſſum cùm puella ſignificandum. Idem obſervat *Thom. Gatakerus* in Diſſ. de ſtylo N. T. Cap. XI. nec Hebræos dumtaxat, ſed & Latinos ita loquutos multis demonſtrat.

716. Κόψω] Adfert *Suidas*, ut oſtendat verbum hoc dici de iis, qui extrinſecus fores pulſant, ψοφεῖν de iis qui intrinſecus. Locum vide. Notum eſt januas ædium in publicum apertas; quæ ne illiderentur in tranſeuntes ab egredientibus, ſolebant hi priùs intrinſecus oſtium pulſare, quod ψοφεῖν Græci vocabant.

720. Ἐς κόρακας] iVult *Zenobius* in Theſſalia locum fuiſſe, cui Corvi nomen, quò maleficos præcipitabant, unde proverbium, cujus frequens apud *Menandrum* mentio. Tum alia minùs veriſimilia narrat. *Ad corvos* mittebantur quorum cadavera corvis lanianda præbebantur, indéque orta loquutio abominantium quidpiam, & dicentium εἰς κόρακας.

Digitized by Google

σξη'.

—— Οὐχ οὗτος ἱππόκαμπος ἐν αἰθέρι;

σξθ'.

—— Ἐπεκαλεῖτο δὲ
Αἶξ, ὅτι μέγαν κατέφαγε τὸν ἐράζην ποτὲ
Θάλλον.

σο'.

Πύλη τίς ἐστι Ταινάρου πρὸς ἑσπέρας.

σοα'.

Ταῦτά σοι καὶ Πύθια καὶ Δήλια.

σοβ'.

Ἕσπερος Μυσῶν.

σογ'.

Τηρῶ τὸν Δία τὸν Αἰγίοχον.

σοδ'.

Μαρτύρομαι τὸν Ἀπόλλω τοῦτον καὶ τὰς θύρας.

σοε'.

Ἓν γάρ τι τούτων τῶν τριῶν ἔχει κακῶν.

σος'.

Οἶδ' ὅτι ποίησον

721. Οὐχ ὅλος &c.] *Nonius* docet hippocampos dici *equos marinos, à flexu caudarum quæ piscosæ sunt*, profertque hæc verba *Menandri*; qui videtur quempiam induxisse ita loquentem de re absurda & æquè incredibili ac si quis diceret equos marinos esse in æthere.

722. Ἐπικαλεῖτο &c.] Non est *Menandri* hoc fragmentum, sed *Machonis*, ut docet *Athenæus* Lib. XIII.

725. Πύλη τις &c.] Citat Tzetzes, ut probet Veteres credidisse ad Tænarum esse cavernam, quâ ad Inferos descenderetur. Quod omnibus notum.

726. Ταῦτά σοι] Proverbium habet *Zenobius*, sed locus ejus corruptus est, subjectâ alius proverbii explicatione. Habent id *Suidas* & *Apostolius*, apud quos de brevi perituris dictum scribitur. Eos consule.

727. Ἕσπερος Μυσῶν] Habent & *Suidas*, ut & *Apostolius*, sed *Menandrum* non citant. Coactam originem proverbii tradunt.

728. Τηρῶ &c.] Sic se legisse in suis libris aiebat *Hadr. Turnebus*, sed *Josias Mercerus* ex suo edidit: *Quod est Menandri τηρῶ τὸν ἥλιον τακοχω.* Ait *Is. Vossius* in suis membranis fuisse ΤΗΡΩΤΟΝ ΑΙΑΥΟΝΤΑΤΙΟΧΩ, unde facit:

—— *τηρῶ*

268. *Apud Nonium de hon. & nov. Vet. dictis.*

——— Annon hic eſt equus marinus in æthere?

269. *Citatur à J. Scaligero quaſi Menandri ad Var.* p. 134.

——— Vocabatur autem
Αἴξ (*capra*) quòd magnum deglutiiſſet amatorem
Thallum (*ramum*)

270. *Apud Tzetzen in* ϒ. 90. *Caſſandræ.*

Porta quædam eſt in Tænari extremis partibus.

271. *Apud Zenobium Cent.* VI, 15.

Hæc tibi Pythia & Delia *erunt certamina.*

272. *Apud Appendicem Vatic. Cent.* I, 64.

Ultimus Myſorum.

273. *Apud Nonium de var. ſignif. ſerm. in voce ſervare.*

Obſervo Jovem Ægiochum.

274. *Suidas in ναὶ μὰ τό.*

Teſtor Apollinem hunc & januas.

275. *Suidas in τῶν τριῶν κακῶν.*

Unum enim horum trium habet malorum.

276. *Euripidis Schol. ad Hecubam* ϒ. 229.

Scio te facturum.

——— τηρῶ τὸν Δία
Ὑογ]α πόλῳ

Sed hæc ſunt Sibyllæ folia. Profert *Nonius*, ut oſtendat τηρεῖν, apud Græcos, fuiſſe interdum *ſollicitè & ſuſpicioſè obſervare*, quod verum eſt.

729. Μαϱ]ύρομαι] Citat *Suidas*, ut probet, non ſolitos eſſe Veteres προτείνῶς καὶ τῶν Θεῶν ὀμνύειν ἀλλὰ κατὰ τῶν προσυγκαιόντων. Quod verum fortè haberi poſſet, niſi jurandi formulis, per omnes Deos & Deas, pleni eſſent veteres Comici.

730. Ἐν γὰϱ &c.] Tria mala erant, nervo conſtringi, aut cicutam bibere, quæ pœnæ erant à Theramene conſtitutæ, aut triremem prodere.

731. Οἶδ' ὅ, τι ποίησον] *Scholiaſtes Euripidis* profert hæc verba, ut oſtendat ὅτι οἱ Ἀτ]ικοὶ χρῶν]αι τοῖς προσακτικοῖς ἀν]ὶ τῶν ὁριστικῶν, cujus rei exemplum hoc adfert, ubi eſt ὅ, τι ποίησον ἀν]ὶ τοῦ ὅ, τι ποιήσεις. *Suidas* etiam *Menandrum* laudat in ψεῦσον, eadem de cauſa, ſed habet οἶσθ' ὃ ποίησον. Is locus *Suidæ* alioquin obſcurior optimè ex hoc Scholiaſtæ loco illuſtratur. Sic apud *Euripidem* eſt illic οἶσθ' ὅ, τι δρᾶσον pro δράσεις. Pluribus exemplis eumdem

σοζ'.

Αὐλὰς θεραπεύειν καὶ Σατράπας.

σοη'.

Οἳ γνάθους ἔχουσι.

σοθ'.

Κρίσιμος γὰρ αὕτη γίνεται.

σπ'.

Ἀσπίδιον ἐπριάμην τι καὶ μαχαίριον.

σπα'.

——— ἐγὼ δ' ἐπίσαμαι

Ῥινᾶν.

σπβ'.

Παρ' αὐτὸν ἴσα βαίν' ἑταίρα πολυτελής.

σπγ'.

Ὁρᾷς, ἀκαρὴς παραπόλωλας ἀρτίως.

σπδ'.

——— ὁ δ' ἀλάζων ἐγὼ,

Καὶ ζηλότυπος ἄνθρωπος.

σπε'.

Οὐδὲ λόγον ὑμῶν, οὐδ' ἐπιστροφὴν ἔχω.

σπς'.

——— μικροῦ

Μὲν ἀῤῥαβῶν' εὐθύς μ' ἔπεισε καταβαλεῖν.

dem hunc Atticiſmum illuſtravit *M. Ant. Muretus* Var. Lect. Lib. III. c. 12.

732. Αὐλὰς] Citat *Athenæus*, ut oſtendat αὐλὰς dictas τὰ βατίλεια.

733. Οἳ γνάθους ἔχουσι] Ita loquebatur noſter de Bœotis, quibus alii Græci τὰς ἀδηφαγίας exprobrabant. Dicti ſunt etiam, ἀπὸ τῶν γνάθων, eadem de cauſa *Gnathones* Paraſiti.

734. Κρίσιμος] Hæc dixerat *Menander* de ſeptimo die, quem criticum aut decretorium aiunt Medicorum filii.

735. Ἀσπίδιον] Hinc probat *Stephanus* ſic dictum exiguum clipeum.

737. Ῥινᾶν] Habuimus antea hanc vocem in fragmento ex *Æliano* H. A. Lib. IX, 2. *Claud. Salmaſius* hoc fragmentum à ſe lectum ait in vetere Grammatico, in *Spartiani* Getam, Ed. Pariſ. p. 168. qui Grammaticus ῥινᾶν ἐξαπατᾶν, ut *Heſychius* & *Suidas*, eſſe docet. Is Grammaticus eſt *Euſtathius*. Factum eſt ἀπὸ τῶν ῥινῶν, *à naribus*, ſed non quaſi ejuſmodi homines adunco naſo ſuſpendant alios, ut vult vir ſummus, ſed quod eos διὰ τῶν ῥινῶν ἄγου-

σι

277. *Apud Athenæum* Lib. V. p. 189.

Aulas colere & Satrapas.

278. *Apud Plutarch. de eſu carnium.* T. II. p. 995.

Qui mandibulas habent.

279. *Pollux* Lib. IV. c. 25. §. 178.

Hæc enim decretoria eſt.

280. *Apud Stephanum in* Ἀσπίς.

Scutulum emi quoddam & gladiolum.

281. *Apud Euſtathium in Hom.* p. DCCCCXCIX, 36.

—— ſcio verò ego

Subſannare.

282. *Harpocration in* Ἴσα βαίνων.

Juxta eum incedit paria *ambulans* ſumtuoſa amica.

283. *Etymol. M. in* ἀκαρής.

Vides te, momento temporis, funditus periiſſe.

284. *Ibidem in* ἀλάζων.

—— infelix verò ego

Et homo zelotypus.

285. *Ibidem in* ἀλέγω.

Neque rationem veſtri, neque obſervantiam habeo.

286. *Ibidem in* ἀῤῥαβών.

—— parum abfuit (nere.

Quidem quin arrhabonem ſtatim mihi perſuaſerit depo-

ſi, metaphorâ ſumtâ ab equis & mulis qui capiſtro, quo nares vinciuntur, duci ſolent.

738. Παρ' αὐτὸν] Ut verſus conſtaret ſic verba diſpoſui. Erat: Παρ' αὐτὸν ἴσα βαίνουσα ἑταίρα πολυτελής.

Eſt & apud *Suidam* & apud *Photium* MS. Ἴσα βαίνειν propriè quidem eſt æquali paſſu ambulare, metaphoricè verò transfertur ad ſimilitudinem morum ſignificandam.

739. Ὀρᾷς] Etymologici Magni auctor citat, ut probet τὸ ἀκαρὶς minimum dici.

740. Ἀλάζων] In malam partem vulgò ſumitur, ſed hîc eſt, ſi Etymologico credimus, ἀλαζὼ, τυτίσι τὰ χαλεπὰ, τηρῶν, hoc eſt, miſer.

741. Λόγον] Hunc verſum profert idem, ut illuſtret ſignificationem verbi ἀλέγω, quam deducit παρὰ τὸ λίγω τὸ φροντίζω, quod liquet ex eo quod λόγος ſit interdum φροντὶς, ut in hoc loco. Galli dicunt eodem ſenſu, *ne tenir compte.*

744.

Digitized by Google

σπζ'.

Τὸ δὴ λεγόμενον τοῦτο θᾶττον ἢ βάδην.

σπη'.

Ἐκάθηντ' ἐπὶ δίφρᾳ μήτηρ τε καὶ παρθένος.

σπθ'.

——— εἶπον δὲ, τί ποιεῖν μέλλετε;

σς'.

Ἀεδράμηκα δρόμον οἷον ὐδεὶς πώποτε.

σςα'.

——— λελυμένη

Γὰρ ἡ ταίρα καὶ διαφανὲς χιτώνιον

Ἔχυσα.

σςβ'.

——— ἀλλὰ καὶ χαμαιτύπη

Κρίζει τις.

σςγ'.

——— δεῖ γὰρ ἡ

Πλυτεῖν ὅπως με μάρτυρας πολλοὺς ἔχειν

Τοὺς ὁρῶντας.

σςδ'.

Ἐρᾷ μὲν ὄμβρων γαῖα.

σςε'.

Χαλεπόν γε τοιαῦτ' ἐςὶν ἐξαμαρτάνειν,

Ἀ καὶ λέγειν ὀκνοῦμεν οἱ πεπραγότες.

744. Ἀρράβων'] Adfert *Menandri* hæc verba Etymologus, ut oſtendat uſum vocis ἀρράβων, quam bene definit, παρὰ τῶν ὠνουμένων δίδομένην προκαταβολὴν ὑπὲρ τῆς ἀσφαλείας, ſed cujus Etymologiam fruſtra quærit in Græca Lingua, cùm ſit Phœnicium ערבון *harabon*, à radice ערב *harab*, ſpondere, negotiari. Nec dubium eſt quin à Phœnicum mercatoribus ad Græcos tranſierit. Sed hæc non ſunt hujus loci.

744. Βάδην] Illuſtrandæ hujus vocis cauſâ, allatus eſt verſus. Proverbium eſt etiam Gallorum, *plus vite que le pas*.

745. Δίφρᾳ] Hinc probare vult Etymologus eſſe cathedram.

746. Εἶπον] Eſt exemplum hujus verbi, in Imperativo Modo.

747. Ἀεδράμηκα] Hinc *Herodianus* probat, apud Etymologum, Veteres dixiſſe δραμέω. In Eclogis Aldinis, quæ ſunt in *Theſauro Cor-*

Digitized by Google

287. *Ibidem in* βάδην.

Hoc eſt quod dicitur, celeriùs quàm gradatim.

288. *Ibidem in* δίφρος.

Sedebant in curru mater & virgo.

289. *Ibidem in* εἶπον.

Dic verò quid facturi ſitis.

290. *Ibidem in* ἔδραμον.

Cucurri curſum, qualem nemo umquam *cucurrit.*

291. *Apud Euſtathium in Homer.* p. MCLXVI, 52.

—— lota

Etenim amica & pellucidam ſtolam
Habens.

292. *Ibid.* MCCCL, 13.

—— ſed & meretrix

Quædam ſtridet.

293. *Heſiodi Schol. Ed. Heinſ.* p. 142. c. 1.

—— oportet enim aut

Divitem eſſe, ut habeam teſtes multos
Videntes.

294. *Ibidem* p. 247. col. 1.

Amat quidem terra imbres.

295. *Stobæi Flor. Tit.* IV.

Grave eſt ejuſmodi peccata admittere,
Quæ fateri piget poſtquàm admiſimus.

Cornucopiæ, ſeu *Adonidis Hortis*, *Menandri* locus mutilus ac ſine nomine auctoris citatur, ad vocem ἔδραμον.

749. Χλώνιον] Hinc probat *Ælius Dionyſius*, apud *Euſtathium*, ſic dictum λεπτὸν ἔνδυμα γυναικεῖον πολυτελές.

752. Κρίζει] Verbi hujus κατ' ὀνοματοποιΐαν ficti, ad ſtridorem ſignificandum, hoc exemplum profert *Euſtathius.*

753. Δεῖ γὰρ ἢ] Deeſt, *aut pauperem eſſe.* Divitiæ enim, ſine teſtibus, nullam voluptatem creant.

756. Ἐρᾷ &c.] Videtur petitum hoc ex Prologo quopiam *Menandri*, in quo Tragicorum Choros interdum imitabatur. Vide ad Leucadiam.

757. Καλεσὸν &c.] Omiſſum hoc & duo ſequentia deprehendi, evoluto datâ operâ *Stobæo.*

762.

σσ'.

Ἄνθρωπος ἀτυχῶν σώζεται ταῖς ἐλπίσιν.

σσζ'.

Πάντων ἰατρὸς τῶν ἀναγκαίων κακῶν
Χρόνος ἐστὶν, οὗτος καί σε νῦν ἰάσεται.

ΜΕΝΑΝΔΡΟΥ ΕΠΙΓΡΑΜΜΑ.

εἰς Ἐπίκηρον καὶ Θεμιστοκλέα.

Χαῖρε Νεοκλείδα δίδυμον γένος, ὧν ὁ μὲν ὑμῶν
Πατρίδα δηλοσύνας ῥύσαθ', ὁ δ' ἀΦροσύνας·

762. Χαῖρε] Epigramma exſtat *Anthologiæ* Lib. III. c. 5. Pater Themiſtoclis vocabatur *Neocles*, eodémque nomine dictus eſt pater

ΤΕΛΟΣ.

Digitized by Google

296. *Ibid. Tit.* CXI.

Vir infelix ſpe ſervatur.

297. *Ibid. Tit.* CXXV.

Omnium neceſſariorum malorum medicus
Eſt Tempus, id te nunc conſolabitur.

MENANDRI EPIGRAMMA.

in Epicurum & Themiſtoclem.

Salvete Neoclidæ gemella proles, unus enim veſtrûm
Liberavit patriam ſervitute, alter inſaniâ.

Epicuri. Hinc *Epicuro* faviſſe *Menandrum* intelligere licet.

FINIS.

FRA-

Digitized by Google

FRAGMENTA

Quæ Latinè exſtant.

Seneca Præfat. Lib. IV. *Natur. Quæſtionum.*

MENANDER (quis enim non in hoc magnitudinem ingenii ſui concitavit, deteſtatus conſenſum humani generis tendentis ad vitia) *omnes* ait malos *vivere* & in ſcenam veluti ruſticus Poëta proſiluit.

Auſonii Epigramma CXXXI.

ex Menandro *verſum.*

Nil homine terra pejus ingrato creat,
Vicinus, hoſpes, notus, ignotus, cliens,
Et ſi qua genera ſunt, id civium genus,
Si quid petenti promtus opis impertias,
Ut miſereare, gratia actutum perit.

Ejuſdem Epigramma CXXXVI.

verſum ex eodem.

Re fruere ut natus mortalis, dilige ſed rem,
Tamquam immortalis, ſors eſt in utroque verenda.

FINIS.

Digitized by Google

Digitized by Google

290

Digitized by Google

Digitized by Google

ΦΙΛΕΜΟΝΟΣ
ΛΕΙΨΑΝΑ.

PHILEMONIS
RELIQUIÆ.

Digitized by Google

ΦΙΛΕΜΟΝΟΣ ΛΕΙΨΑΝΑ

ΕΚ ΤΟΥ ΑΓΡΟΙΚΟΥ.

α'.

Σ Τρυθεῖα.

β'.

Ὦ πῶς πονηρόν ἐστιν ἀνθρώπου Φύσις
Τὸ σύνολον, οὐ γὰρ ἄν ποτ' ἐδεήθη νόμου.
Οἶει τι τῶν ἄλλων διαΦέρειν θηρίων;
ΔιαΦέρει οὐδὲ μικρόν, ἀλλὰ σχήματι,
Πλάγι' ἐστὶ τ'ἄλλα, τοῦτο δ' ὀρθὸν θηρίον.

NOTÆ IN PHILEMONEM.

1. Σ]ρυθεῖα] Ait *Athenæus* hac voce Cydonia mala esse à *Nicandro* & *Philemone* vocata. De ea vide quæ habet *Claud. Salmasius* Exercit. Plinianarum p. 500 Ed. Ultraject.

2. Ὦ πῶς &c.] Vulgò deerat prima syllaba ad versum necessaria. Supplevi ex MS. A. *Grotius*. In margine hujus loci adnotat: *Philemon Circulatore*. Nullum autem legitur Drama hoc nomine edidisse *Philemon*, quod esset Græcè ἀγύρτης; nec inter ea, quorum nomina superstant, titulum hunc habet vir summus. Itaque credidi scriptum fuisse in Codice MS. ΑΓ. quod interpretatus est vir magnus ἀγύρτην, cùm debuisset ἀγροίκῳ. Non semel, in interpretatione nominum fabularum, lapsus

ΕΚ ΤΗΣ ΑΝΑΚΑΛΥΠΤΟΜΕΝΗΣ.

α'.

Οἴ μοι, τὸ λυπεῖσθαι γὰρ ἐπὶ τὸ ῥῆμ' ἄγει
Τοῦτ' εὐθύς, ὡς ἔοικε, τὸν λυπούμενον.

1. Οἴ μοι &c.] Quatuor hi versus leguntur *Stobæi* Fl. T. XCIX. duo

PHILEMONIS RELIQUIÆ

E RUSTICO.

1. *Apud Athenæum* Lib. III. p. 81.

CYdonia mala.

2. *Apud Stobæum Flor. Tit.* II.

O quàm mala eſt hominis natura
Penitus! *Alioquin* enim numquam indiguiſſet lege.
Putáſne eum quapiam in re differre ab aliis feris?
Ne tantillum quidem differt, niſi figurâ;
Aliæ ſunt incurvæ, hæc verò erecta eſt fera.

eſt, ut videbunt qui collectionem Comicorum cum marginibus *Stobæi* conferent, & aliquando mutavit ſententiam. Quod ſi res aliter haberet, hoc fragmentum ad incertas Fabulas eſſet amandandum; nec minùs bene hîc legitur, donec magis hac de re liqueat. Potuerant fortaſſe & nonnulla fragmenta ad agros pertinentia huc referri. Vide fragm. XXVI. & duo ſequentia.

3. Οὐ γὰρ ἂν ποτ' &c.] Veriſſimè; nam unicuique mores ſui lex fuiſſent, ſi omnes fuiſſent boni. Cetera ſunt Comica ὑπερβολή.

5. Διαφέρει] Primam vocem addidimus verſu deſiderante. Omiſſa vulgò fuerat, quaſi ex præcedente verſu irrepſiſſet. At non ita eſt. *Grotius.*

EX RETECTA.

1. *Apud Joan. Stobæum Flor. Tit.* XCIX. & CXIII.

HEi mihi! luctus enim ad hoc verbum ducit
Continuò, ut videtur, lugentem.

duo verò poſteriores ſeorſim Tit. CXIII.

Digitized by Google

Λυπεμένῳ δ' ὅταν τις ἀκολεθῶν λέγῃ
Χαῖρ', ἐξ ἀνάγκης οὗτος οἰμώζειν λέγει.

4. Χαῖρ'] Ad ſalutandum, ſed homini triſti & lugenti ea vox

ΕΚ ΤΗΣ ΑΝΑΝΕΟΤΜΕΝΗΣ.

α'.

Ψωμοκόλαξ δ' ἐσθ' ὅτος ——

1. Ψωμοκόλαξ] Adfert *Athenaeus*, ad oſtendendum hujus vocis uſum, quem probat etiam aliorum Comicorum locis. Eſt paraſitus

ΕΚ ΤΟΥ ΑΝΔΡΟΦΟΝΟΥ.

α'.

Πιεῖν τις ὑμῖν ἐγχεάτω καὶ ματτύην
Ποιεῖτε θᾶττον.

1. Ματτύην] Interpretatur *Athenaeus* ἐξ ὑφαρπυλικῶν γλωττῶν Ar-

ΕΚ ΤΟΥ ΑΠΟΚΑΡΤΕΡΟΥΝΤΟΣ.

α'.

Νῦν δ' οἶδ' ἀκριβῶς τὴν Τύχην ὡς ἐ μία,
Οὐδ' ἕξι πρώτη, ἀλλα μετὰ τῶν σωμάτων

1. Τύχη] Hic Τύχη non eſt Dea, quæ Fortuna dicebatur, ſed neſcio quid quod *Epicurus* docebat in eſſe hominibus, & de quo aut *Epicurus* ipſe, aut neſcio quis ex ejus Scriptis, loquitur eodem *Stobæi* Titulo. Poſtquàm dixit Fortunam eſſe ἐπίνοιάν τινα παρὰ τὸ δαιμονίον, docet εἶναι ἕτερον τύχης εἶδος καθ' ὃν οἱ μὲν εὐφυεῖς καὶ εὔτοχοι, οἱ δὲ ἀφυεῖς καὶ ἐναντίαν ἔχοντες φύσιν βλάπτοιεν· ὧν οἱ μὲν εὐβούβολοι εἶναι ἐφ' ᾧ, τι ἂν ἐπιβάλλωνται, οἱ δὲ ἀποπίπτοιεν τοῦ σκοπῦ, μηδέποτε τῆς διανοίας αὐτῶν εὐστόχως φερομένης ἀλλὰ καὶ παρα-

Lugentem autem cùm quiſpiam ſequutus, ait:
Salve; is neceſſè jubet eum lamentari.

triſtitiam auget, quia amiſſi gaudii memoriam revocat.

E RENOVATA.

1. *Apud Athenæum* Lib. VI. p. 262.

Hic eſt buccearum adſentator ——

ὃς ψωμᾶ χάριν κολακεύει.

EX HOMICIDA.

1. *Apud Athenæum* Lib. XIV. p. 663.

Nobis aliquis quod bibamus fundat, & mattyam
Facite quàm primùm.

temidori, πολυτελὲς ἔδεσμα, ejúſque deſcriptionem tradit.

E MORTEM SIBI CONSCISCENTE.

1. *Apud Joan. Stobæum Eccl. Phyſ.* T. X.

Nunc prorſus intelligo fortunam nec ſolam,
Nec primam; ſed unà cum corporibus

γενέσης· ταύτην δὲ τὴν ἀτυχίαν σύμφυτον εἶναι καὶ ἀκ ἐπίσακτον: *eſſe alterum fortunæ genus, quâ apti naturâ eſſent alii, & felices; alii contrà inepti, & contrariam habentes naturam detrimentum paterentur; quorum priores quidem recta conſilia inirent quidquid adgrederentur, alii verò à ſcopo aberrarent; cum numquam eorum intellectus bene & feliciter progrediatur, ſed perturbatus ſit; hanc verò infelicitatem innatam eſſe, non adſcitam.* Eò videtur reſpicere is, quem hæc dicentem induxerat *Philemon.*

Digitized by Google

Ἡμῶν, ὅταν γίγνωντ' ἂν εὐθὺς καὶ τύχη
Προγίνεθ' ἡμῖν συγγενὴς τῷ σώματι.

ΕΚ ΤΟΥ ΑΠΟΛΙΔΟΣ.

α'.

Οὐχὶ μόνον αὐτὸς εὗρε πῶς λαλήσομεν
Αὐτοῖς, ἀπέχοντες πολὺν ἀπ' ἀλλήλων χρόνον.
Οὐδ' ὃν τρόπον μηδέποτε μηδὲ εἷς πάλιν
Ἐπιλήσεθ' ἡμῶν μηδὲν, ἐμβλέψας δέ τε
Ἀπὸ τοῦ χρόνου τοῦ παντὸς εἶσετ', ἀλλὰ καὶ
Ψυχῆς ἰατρὸν κατέλιπεν τὰ γράμματα.

Ad Titulum. Exsulem *Cacilii* citat *Nonius*, quæ an hinc versa fuerit ignoro. Vulgatarum Editionum *Stobæi* margo *Apollinem* vocat. Ex MS. mutaverit *Grotius*, licèt taceat.

1. Οὐχὶ μόνον &c.] Videtur loqui de Cadmo, aut de alio, cui litterarum inventio tribuebatur. *Lucanus*, Lib. III, 220.

Phœnices primi, fama si creditur, ausi
Mansuram rudibus vocem signare figuris.

Quod *Brebovius*, interpres *Lucani* Gallicus, ingeniosissimè sic expressit:

C'est de lui que nous vient cet art ingenieux
De peindre la parole & de parler aux yeux,

ΕΚ ΤΟΥ ΑΡΠΑΖΟΜΕΝΟΥ.

α'.

Γυμνῷ Φυλακὴν ἐπίταττε, καὶ διὰ τριῶν
Ποτηρίων, καὶ ματτύης εὐφραινέτω.

1. Γυμνῷ φυλακὴν &c.] Adfertur ad ostendendum usum vocis ματ-

Noſtris, cùm generantur ſtatim & fortunam
Priùs eſſe, quàm nos, congenitam corpori.

EX EXSULE.

1. *Apud Joan. Stobæum Flor. Tit.* LXXXI.

NOn tantùm ille invenit, quomodo loqueremur
Illis, multo tempore in vicem remoti;
Neque *tantùm* quomodo numquam quiſquam iterum
E nobis cujuſquam rei obliviſcatur, inſpicienſque in ali-
Sciat quæ ab omni ævo *fuerunt*; ſed & (quem locum
Litteras animi medicum *nobis* reliquit.

Et par les traits divers de figures tracées
Donner de la couleur & du corps aux penſées.

Nihil eſt notius. Prometheo inventum litterarum tribuit *Æſchylus*, in Prometheo Vincto, verbáque ejus profert *Stobæus*, eodem Titulo. Litterarum σύνθεσιν vocat

Μνήμην ἁπάντων μουσομήτορ' ἐργάτιν,
artificem omnium memoriam Muſarum matrem.

2. Πολὺν — χρόνον] Veteres enim, in ſuis ſcriptis, nos etiamnum alloquuntur. Utinam verò non tantùm γνώμας, ſed integras Comœdias *Menandri* ac *Philemonis* ſic audire liceret!

6. Ψυχῆς ἰατρὸν] Ἰατρεῖον ψυχῆς dicta Bibliotheca ab Oſymandua Ægypti Rege, ut teſtatur *Diodorus Siculus* Lib. I. p. 45. Edit. Hanovianæ.

EX RAPTO.

1. *Apud Athenæum* Lib. XIV. p. 663.

NUdo cuſtodiam appone, & tribus
Poculis ac mattyâ recreet.

ματτύη, de qua ad Ἀνδρόφονον.

β'.

Ὁρῶ μαγείρους καὶ κύβηλιν καὶ σκάφην.

γ'.

Ὁ νακοτίλτης.

3. Ὁρῶ &c.] Habet *Pollux*, ut probet usum vocis κύβηλις, quæ significat cultrum quo caseus secabatur.

ΕΚ ΤΟΥ ΒΑΒΥΛΩΝΙΟΥ.

α'.

Βασιλίσσην Βαβυλῶνος, ἂν ἅτω τύχῃ,
Τὴν Πυθιονίκην οἶσθα καὶ τὸν Ἅρπαλον.

2. Τὴν Πυθιονίκην] Meretricem Atticam, quam Babylonem vocaverat Harpalus, antequàm à Rege deficeret. Vide *Athenæum*

ΕΚ ΤΟΥ ΓΑΜΟΥ.

α'.

Ὅλκιον εἶδον μὲν ἐπὶ τραπέζης κείμενον
Πυρῶν τε μεζόν.

1. Ὅλκιον] Ut usum vocis ostenderet adduxit *Athenæus*. Vas fuit ari-

ΕΚ ΤΩΝ ΔΕΛΦΩΝ.

α'.

Εὖ δ' εἰς ἅπαντας εὗρες ἀνθρώπους, Σόλων.
Σὲ γὰρ λέγουσι τοῦτ' ἰδεῖν πρῶτον βροτῶν

1. Εὖ] Malè apud *Athenæum* Σὺ, at versu sequente βροτῶν rectè addidit *Casaubonus*. Grotius.

Ibid. Σόλων] Νίκανδρος ὁ Κολοφώνιος ἱστορεῖ ἐν τρίτῳ Κολοφωνιακῶν, φάσ-

Digitized by Google

2. *Apud Pollucem* Lib. X. c. 24. §. 104.
Video coquos, cybelin, & ſcapham.

3. *Apud eumdem* Lib. VII. c. 10. §. 28.
Vellerum evulſor.

4. Νακοτίλτης] Uſum vocis improbat *Pollux*. Sic dicebantur *tonſores ovium*, οἱ κείροντες τὰ πρόβατα, ut habet *Heſychius*.

EX BABYLONIO.

1. *Apud Athenæum* Lib. XIII. p. 595.
REginam Babylonis, ſi ita fors ferat,
Pythionicam noſti & Harpalum.

loco laudato. Eam Comicè Reginam Babylonis vocat.

EX NUPTIIS.

1. *Apud Pollucem* Lib. X. c. 45. §. 176.
HOlcium quidem in menſa vidi poſitum
Et tritico plenum.

dorum, juxta ac liquidorum, menſura, ut docet, & plerumque æneum.

EX DELPHENSIBUS.

1. *Ex Athenæo* Lib. XIII. p. 569.
UTile quidpiam omnibus inveniſti, Solon.
Hanc enim te primum mortalium vidiſſe aiunt

φάτναν αὐτὸν (Σόλωνα) καὶ Παιδήμιν Ἀφροδίτης ἱερὸν πρῶτον ἱδρύσασθαι, ἀφ' ὧν ἠγνυρίσαντο αἱ προσᾶσαι τῶν οἰκημάτων: *Nicander Colophonius narrat III. Colophoniorum, dicens eum etiam Volgivagæ Ve-*

Digitized by Google

Δημοτικὸν, ὦ Ζεῦ, πρᾶγμα καὶ σωτήριον,
(Καί μοι λέγειν τοῦτ' ἔξιν ἁρμοσὸν, Σόλων)
Μεσὴν ὁρῶντα τὴν πόλιν νεωτέρων,
Τούτους τ' ἔχοντας τὴν ἀναγκαίαν Φύσιν,
Ἁμαρτάνοντάς τ' εἰς ὃ μὴ προσῆκον ἦν,
Στῆσαι πριάμενον τὰς γυναῖκας κατὰ τόπους,
Κοινὰς ἅπασι καὶ κατεσκευασμένας·
Ἑσᾶσι γυμναὶ, μὴ ξαπατηθῇς, πάνθ' ὅρα.
Οὐκ εὖ σεαυτὸν τυγχάνεις ἔχων; ἔχεις
Πῶς ἡ θύρα σοὶ ἔσαι ἂν ἀνεῳγμένη·
Εἷς ὀβολός· εἰσπήδησον· ἐκ ἐς' ὀδεεὶς
Ἀκκισμὸς, οὐδὲ λῆρος, οὐδ' ὑΦαρπαγή.
Ἀλλ' εὐθὺς εἰ βάλει σu, καὶ συχνὸν τρόπον.
Ἐξῆλθες; οἰμώζειν λέγ', ἀλλοτρία 'σί σοι.

neris Templum adificaſſe, ex pecunia collata ab iis quæ proſtabant in lupanaribus. Hæc habet *Athenæus*, loco laudato. *Harpocration* in Πάνδημος Ἀφροδίτη ſimilia adfert ex eodem Scriptore, niſi quòd ait hæc exſtitiſſe ἐν ἕκτῳ, *ſexto Colophoniacorum.*

3. Σωτήριον] Ratio ejus rei ſequitur, quam placuiſſe *Philemoni* nemo mirabitur, qui legerit hæc *Auguſtini* verba in Lib. II. de Ordine num. 12. *Quid ſordidius, quid inanius decoris, & turpitudinis plenius meretricibus, lenonibus, ceteriſque hoc genus peſtibus dici poteſt? Auſer meretrices de rebus humanis, turbaveris omnia libidinibus.*

4. Καί μοι] Hunc verſum parentheſi incluſimus, & ſequenti poſuimus ὁρῶντα, pro ὁρῶντι. *Grotius.*

5. Ἁμαρτάνοντας &c.] In Anthologiæ Lib. III. C. V. Ep. 34. eſt in monumentum lenonis, in quod lapides jacere vetantur præterentes, hac de cauſa, quæ ultimo diſticho ſic exprimitur:

Φεῖσαι σ' οὐχ ὅτι κέρδος ἐπήνεσεν, ἀλλ' ὅτι κοινὰς
Θρέψας, μοιχεύειν οὐκ ἐδίδαξε νέους.

Interprete *Grotio:*

Digitized by Google

Rem, ô Jupiter popularem & ſalubrem
(Nam & mihi dicere hoc convenit, ô Solon)
Cùm videres urbem plenam juvenibus,
Hóſque habentes neceſſariam naturam,
Peccantéſque in id, in quod par non erat,
Mulieres emtas te vicatim conſtituiſſe
Communes omnibus & paratas.
Proſtant nudæ, ne fallaris omnia vide.
Non bene te contines? Habes
Quomodo janua tibi erit aperta.
Uno obolo *opus eſt*. Inſilito, nulla eſt
Ficta recuſatio, nullæ nugæ, nulla ſubtractio.
Sed ſtatim, ſi cupias, & ſpiſſum in modum.
Egreſſus es? *Eam* flere jubeto, eſt enim tibi aliena.

Parce rogo, quæſtum fecit, ſed publica præbens
Gaudia, materiam demſit adulteriis.

8. Στῆσαι πριάμενον τὰς] Ita τὰς pro τὶ poſuimus. *Grotius.* Rectè, aiebat enim *Nicander* Solonem σώματα ἀγοράσαντα ὑπριπῆ, ἐπὶ τίγης σῆσαι διὰ τὰς νέας, *ſervas emiſſe formoſas eaſque in cella proſtituiſſe, propter juvenes.*

11. Οὐκ εὖ σεαυτὸν] Sic legi pro σεαυτῷ, & ἔχων eodem ſenſu ſumſi, ac compoſitum κατέχων, hoc eſt, non ſatis te contines? Nota eſt ex Lexicis hæc verbi ἔχω ſignificatio. *Grotius*, retentâ vulgatâ lectione, vertit:

Res nonne bene habent, quiſquis es tandem, tua?

Senſu diluto & parum commodo.

12. Πῶς ἡ θύρα] Legitur πῶς ἡ θύρα ἔῃσι ἀνεῳγμένη. *Grotius.*

13. Ὀβολός] Optimè ſic *Caſaubonus* pro ὁ βόλος. *Idem.*

14. Ὑφαρπαγή] Ita nos pro ὑφήρπασεν *Idem.*

15. Ὡς βούλει συ] Erat βούλει συχνὸν βούλει τρόπον. *Idem.*

16. Ἐξῆλθες;] Interrogationem addidimus & in fine poſuimus, ἀλλοτρία ἐστί σοι. Extraneam vocat, quæ conjux non ſit. *Idem.*

Digitized by Google

ΕΚ ΤΟΥ ΕΓΧΕΙΡΙΔΙΟΥ.

Καλὴ μὲν ὄψις ἐν δὲ δειλαῖαι Φρένες.

1. Καλὴ &c.] De hoc proverbio dixi ad Sicyonium *Menandri*.

ΕΚ ΤΟΥ ΕΜΠΟΡΟΥ.

Τάτε μὲν δράματος ἀποσπασμάτιον οὐδὲν εὑρήκαμεν, ἀλλὰ Πλαύτος αὐτὸ μετέφρασε.

ΕΚ ΤΟΥ ΕΞΟΙΚΙΖΟΜΕΝΟΥ.

α'.

Κακόν ἐςι δάλῳ δεσπότης πράσσων κακῶς,
Μετέχειν ἀνάγκη τῶν κακῶν γὰρ γίγνεται.

1. Κακόν ἐςι &c.] Imitatus eſt noſter *Ariſtophanem*, qui ab initio Pluti ſic ſervum loquentem de hero, qui delirare videbatur, inducit:

Μετέχειν ἀνάγκη τὸν θεράποντα τῶν κακῶν.

Digitized by Google

E PUGIONE.

BOnus quidem vultus, ſed timidus intus eſt animus.

EX MERCATORE.

HUjus quidem Fabulæ fragmentum nullum invenimus, ſed *Plautus* eam tranſtulit. Vide *Mercat.* Act. I. Sc. I, 9. 10.

E MIGRANTE.

1. *Apud Joan. Stobæum Fl. Tit.* LXII.

MAla res eſt ſervo herus, qui cum adverſis rebus conflictatur,
Participem enim eum eſſe malorum neceſſe eſt.

Neceſſe eſt ſervum participem eſſe malorum. Quem verſum, ut & *Philemonis* noſtri verba egregiè illuſtravit vir ſummus *Ezechiel Sphanhemius*, ad ℣. 62. Hymni in Cererem *Callimachi.*

Digitized by Google

ΕΚ ΤΟΥ ΕΠΙΔΙΚΑΖΟΜΕΝΟΥ.

α'.

Ἥδιον ἐδὲν, ἐδὲ μεσικώτερον
Ἐς' ἢ δύνασθαι λοιδορέμενον Φέρειν·
Ὁ λοιδορῶν γὰρ, ἂν ὁ λοιδορέμενος
Μὴ προσποιῆται, λοιδορεῖται λοιδορῶν.

β'.

Πρόχειρον ἐπὶ τὴν γλῶτταν εὐλόγῳ τρέχειν.

Ἥδιον &c.] Elegantiſſimorum horum verſuum duo priores leguntur etiam apud *Plutarchum* de audiendis Poëtis p. 75. Ed. Grotianæ. At duo poſteriores debentur *Stobæo*, cujus diligentiæ tot alia debemus.

ΕΚ ΤΟΥ ΕΤΡΙΠΟΥ.

α'.

Σῶμα μηλωτήν τε ἔχει.

Μηλωτὴν] Hinc probat *Pollux* ſic vocari vellus ovis.

ΕΚ ΤΩΝ ΕΦΕΔΡΙΤΩΝ.

α'.

Παλαιστή.

ΕΧ

EX VINDICANTE.

1. *Apud Joan. Stobæum Tit. Flor.* XIX.

SUavius nihil, neque concentus ullus melior
Eſt, quàm poſſe contumeliâ adfectum ferre.
Qui enim conviciatur, ſi is in quem convicia jaciuntur
Non ſimulet ſe audire, convicia audit qui iis utitur.

2. *Ibid. Tit.* XIV.

Eloquenti proclive eſt ad linguam confugere.

4. Μὴ προσποιῆται] Ita nos, cum MS. A. Vulgò malè ὁ λοιδορῶν, quod indicant præcedentia. *Grotius.*

5. Πρόχειρον] In collectione Grotiana hic verſus omiſſus erat.

EX EURIPO.

1. *Apud Jul. Pollucem* Lib. X. c. 45. §. 176.

STragulam habet & agninam.

EX INSIDIATORIBUS.

1. *Photii MS. Lexicon.*

PAlmus.

Digitized by Google

ΕΚ ΤΟΥ ΕΦΗΒΟΥ.

α'.

Κρομμύων.

β'.

Οὐ τοῖς πλέουσι τὴν θάλατταν γίνεται
Μόνοισι χειμὼν, ὡς ἔοικεν, ἀλλὰ καὶ
Τοῖς περιπατοῦσι πᾶσι, Λάχης, ἐν τῇ ςοᾷ,
Καὶ τοῖς μένουσιν ἔνδον ἐν ταῖς οἰκίαις.
Χ' οἱ μὲν πλέοντες ἐνίοθ' ἡμέραν μίαν,
Ἢ νύκτα χειμασθέντες, εἶτ' ἐκ τοῦ κακοῦ
Σωτηρίας ἐπέτυχον· ἢ τὸ πνεῦμα γὰρ
Αὐτοὺς τὸ σῶζον ἦλθεν, ἢ ἐφάνη λιμήν.
Ἐμοὶ δὲ τοῦτ' οὐκ ἔςιν· οὐκ εἰς ἡμέραν
Χειμάζομαι μίαν γὰρ, εἰς τὸ ζῆν δ' ὅλον
Ἀεὶ τὸ λυπεῖσθαι δὲ μεῖζον γίνεται.

Κρομμύων] Urbs fuit propè Aſcalonem, ſi *Stephano* Byzantio credimus, qui teſtis eſt ejus mentionem à noſtro factam in hac Fabula. Sed vide ejus Interpretes.

2. Οὐ τοῖς &c.] Nec hujus Comœdiæ, nec loci hujus mentio ulla in collectione Grotiana, quamvis apud *Stobæum* exſtent. Sunt

ΕΚ ΤΩΝ ΗΡΩΩΝ.

α'.

Ὑπέρα ἐπιτροπή.

1. Ὑπέρα ἐπιτροπή] Proverbium hoc dicebatur *ἐπὶ τῶν πάντα ποιούντων, καὶ μὴδὲν περαινόντων, de iis qui omnia faciunt, nec quid-*

EX EPHEBO.

1. *Stephanus in* Κρομμύων.

CRommyon.

2. *Apud Stobæum Flor. Tit.* XCVIII.

Non mare navigantibus eſt
Solis tempeſtas, ut videtur, ſed &
Ambulantibus, ô Laches, in porticu,
Et manentibus intus, in ædibus.
At navigantes quidem interdum per diem unum,
Aut noctem *unam* procellâ jactantur, dein mali
Liberationem conſequuntur; vel enim ventus
Qui eos ſervat oritur, vel apparet portus.
Mihi verò hoc non eſt, non enim in diem
Unum tempeſtate jactor, ſed in totam vitam.
Semper mœror major fit.

querelæ hominis ad rem domeſticam quod adtinet infelicis, qualem potuit facere mala uxor, aut pravi liberi.

9. Ἦλθεν ἡ ἐφάνη λιμήν] Ita *Salmaſius* emendavit, cùm vulgò eſſet ἡ μένη ἐφάνη λιμήν. *Grotius.*

EX HEROIBUS.

PIſtilli verſatio.

1. *Apud Zenobium in hoc proverbio Cent.* VI, 25.

quam promovent, ut docet *Zenobius*, qui teſtatur fuiſſe in Heroïbus *Philemonis*. Fuit etiam fabula *Menandri* inſcripta *Heros*.

Digitized by Google

ΕΚ ΤΩΝ ΘΗΒΑΙΩΝ.

α'.

——— Ἐμοῦ γὰρ κύριος μὲν εἷς ἀνήρ·
Τούτων δὲ καὶ σὺ μυρίων τ' ἄλλων νόμος,
Ἑτέρων τύραννος, τῶν τυραννούντων φόβος.
Δοῦλοι βασιλέων εἰσὶν· ὁ δὲ βασιλεὺς, Θεῶν.
Ὁ Θεὸς, ἀνάγκης· πάντα δ' ἂν σκοπῇς ὅλως
Ἑτέρων τέφυκε, μειζόνων δ' ἐλάττονα.
Τούτοις ἀνάγκη ταῦτα δουλεύειν ἀεί.

1. Ἐμοῦ γὰρ &c.] Servus loquitur. Vide *Menandri* fragm. ex incertis Comœdiis CIX & CCLVI.

4. Δοῦλοι βασιλέων &c.] Imitatus est *Horatius* Ode I. Lib. III.
Regum timendorum in proprios greges,

ΕΚ ΤΟΥ ΘΗΣΑΥΡΟΥ.

α'.

Οὐκ ἔξ' ἀληθὲς παραλογίσασθ', οὐδ' ἔχειν
Ὀψάρια χρηστά.

Οὐκ &c.] Adfert *Athenæus*, ut ostendat usum vocis ὀψάριον,

ΕΚ ΤΟΥ ΘΥΡΩΡΟΥ.

α'.

Ἐγὼ γὰρ ἐς τὴν χλαμύδα κατεθέμην ποτὲ
Καὶ τὸν πέτασον ———

Ἐγὼ γὰρ &c.] Citat hunc locum *Pollux*, ut probet πέτασον

ΕΚ

EX THEBANIS.

1. *Apud Joan. Stobæum Flor. Tit.* LXII.

—— Mei enim dominus eſt vir unus,
Horum verò & tui, aliorúmque ſexcentorum lex;
Aliorum tyrannus, tyrannorum metus.
Sunt ſervi Regum, ſed Rex *ſervus eſt* Deorum,
Deus verò neceſſitatis *fatalis*. Omnia ſi conſideres, prorſus
Aliorum ſunt, & majorum quidem minora.
Hiſce ſervire hæc ſemper neceſſe eſt.

Reges in ipſos imperium eſt Jovis.

5. Ὁ Θεὸς ἀνάγκης] Fatalis neceſſitatis, quam ne Dii quidem mutare poterant. Notum eſt dogma & Poëtarum & Philoſophorum.

E THESAURO.

1. *Apud Athenæum* Lib. IX. p. 385.

NOn eſt æquum fallere, neque habere
Piſciculos bonos.

quam in rem multa Comicorum loca coacervat.

EX JANITORE.

1. *Apud Pollucem* Lib. X. c. 38. §. 164.

EGo enim in chlamydem deponerem aliquando
Et petaſum ——

fuiſſe φόρημα τῶν ἰφήβων.

ΕΚ ΤΟΥ ΙΑΤΡΟΥ.

α'.

—— Καὶ γυλίαν τιν' ἀργυρωμάτων

β'.

Ἆρ' ἔξιν ὁ λόγος τοῖς νοσοῦσι χρήσιμος.

γ'.

Εὔκαιρος εἰς τὰ σπλάγχνα κολληθεὶς Φίλων
Εὐψυχίαν πάρεσχε τῷ λυπουμένῳ,
Ὡς σπληνίον πρὸς ἕλκος οἰκείως τεθέν
Τὴν φλεγμονὴν ἔπαυσεν, οὕτω καὶ λόγος.

1. Καὶ γυλίαν] Hinc *Athenæus* vocis ἀργυρώματα usum ostendit.
2. Ἆρ' ὁ λόγος] Hæc & sequentia tam bene ad hanc Fabulam

ΕΚ ΤΟΥ ΚΑΤΑΨΕΥΔΟΜΕΝΟΥ.

α'.

Πάντ' ἐξὶν εὑρεῖν, ἐὰν μὴ τὸν πόνον
Φεύγῃ τις, ὃς πρόσεστι τοῖς ζητουμένοις.

1. Πάντ' &c.] Alia inhanc sententiam, eodem Titulo, habet

ΕΚ ΤΗΣ ΚΟΡΙΝΘΙΑΣ.

α'.

—— Αἱ δὲ παῖδες παρέσχεον
Ἡ μὲν τὸ θερμὸν, ἡ δ' ἑτέρα μετάκερας.

1. Αἱ δὲ παῖδες &c.] Videntur hæc verba potiùs esse *Alexidis*, quàm *Philemonis*, cujus desunt versus, ut ad marginem rectè adnotavit

E MEDICO.

1. *Apud Athenæum* Lib. VI. p. 231.
—— Et corbem quamdam vaſorum argenteorum.
2. *Apud Stobæum Flor. Tit.* LXXXI.
Profectò eſt ſermo ægrotis utilis.
3. *Ibidem.*
Amicorum quiſpiam viſceribus adhærens
Bonum animum præbet dolenti
Ut ſplenium ad ulcus amicè impoſitum
Inflammationem ſedat: ſic & oratio.

referri poſſe, quàm inter incertarum fragmenta latere credidi.

EX CALUMNIAM PASSO.

1. *Apud Joan. Stobæum Flor. Tit.* XXIX.
OMnia licet invenire, niſi quis laborem
Fugerit, qui adhæret rebus quærendis.

Stobæus.

E CORINTHIA.

1. *Apud Athenæum* Lib. III. p. 123.
—— Puellæ adfundebant
Altera quidem *aquam* calidam, altera tepidam.

tavit *Dalecampius.* Sed hinc liquet *Philemonem* vocem μεϑάκιρας adhibuiſſe ad ſignificandam aquam tepidam.

β'.

Εἰ τὰ παρὰ τοῖς ἄλλοισιν εἰδοίης κακὰ,
Ἄσμενος ἔχοις ἄν, Νικαφῶν, ἃ νῦν ἔχεις.

3. Εἰ τὰ παρὰ τοῖς &c.] Si cogites alios esse, qui sint te multò miseriores. Rectè *Seneca* in Troadibus, 1023.

ΕΚ ΤΟΥ ΜΕΤΙΟΝΤΟΣ, ἢ ΖΩΜΙΟΥ.

α'.

Ἰχθῦς τις σοὶ ἐφαίνεθ' ἑφθὸς; μικρὸς ἦν.
Ἀκήκοας ——
Ἅλμη τε λευκὴ, καὶ παχεῖ' ὑπερβολῇ,
Κ'οὐχὶ λοπάδος πρόσωζεν, οὐδ' ἡδυσμάτων,
Ἑβόων ἅπαντες, ὡς ἀγαθὴν ἅλμην ποιεῖς. 5

β'.

—— Α. Ἀργύριος δὲ παρατεθέντος καράβου,
Ὡς εἶδεν αὐτὸν, χαῖρε πάππα φίλτατε,
Εἶπας. Β. Τί ἐποίει; Α. Τὸν πατέρα κατήσθιεν.

In Titulum. Non displicebat *Casaubono* quod quibusdam doctis placebat, hanc Fabulam vocandam Μεθύοντα, ad *Athen.* Lib. IV. c. 4. Certè major est nexus inter *ebrium* & *jusculum*, quàm inter *transeuntem* & *jusculum*. Attamen nihil mutavi, quia Lib. VII. citatur etiam ab *Athenæo* Φιλήμων Μεθίοντι.

1. Ἰχθῦς] Profert hos versus, ut illustret quod dixit de consuetudine Veterum, his verbis: Ἐχρῶντο γὰρ οἱ Παλαιοὶ καὶ τοῖς εἰς ἀνα-

ΕΚ ΤΟΥ ΜΟΙΧΟΥ.

α'.

Α. Ἔδει παρεῖναι, Παρμένων, αὐλητρίδ' ἢ
Νάβλαν τιν'. Π. Ὁ δὲ Νάβλας τί ἐστι, [δέσποτα]

2. Νάβλαν] Erat Orientalium instrumentum, quod vocatur נבל *nebel*, in Scriptura, Syriacâ inflexione נבלא *nabla*. *Athenæus* ὀδραύλικον ὄργανον esse ait. Aliter describitur à *Josepho*. Vide quæ de hoc

Digitized by Google

2. *Apud Stobæum Flor. Tit.* CVIII.

Si ſcires mala, quæ ſunt apud alios,
Libenter haberes, Nicophon, quæ nunc habes.

Eſt miſer nemo, niſi comparatus.

EX TRANSEUNTE ſeu JUSCULO.

1. *Apud Athenæum Dipn.* Lib. IV. p. 133.

